rum occulte insinuat:vt nihil sensibile expectes. Neqz eñ btūs est q̄ in his coronat:q̄ cū pñti vita discedūt. Aug. diligēter aūt attēdēdꝰ est numerus harū sniarū. his eñ septē gradibꝰ ꝯgruit opatio spūsscti septiformis quā esaias describit:sz ille a sūmo:hic ab imo:qꝛ ibi docet filiꝰ dei ad ima descēsurus:hic hō de imis ad silitudinez dei ascēsurꝰ. In his pmꝰ ē timor q̄ ꝯgruit hoibꝰ humilibꝰ:de qbꝰ dr. Bti paupes spū.i. nō alta sapiētes:sed timētes. Scda est pietas:q̄ cōuenit mitibus q̄ eñ pie q̄rit:honorat:nō rep:ehēdit nō resistit:qđ est mitez fieri. Tertia est scia q̄ cōuenit lugētibꝰ:q̄ didicerūt qbꝰ malis nūc vincti sunt:q̄ q̄si bona petierūt. Quarta q̄ est fortitudo ꝯgruit esuriētibꝰ ꝛ sitiētibꝰ:qꝛ desiderātes gaudiū de veris bonis laborāt:a terrenis cupientes auerti. Quita ꝯsiliū cōuenit misericordibꝰ qꝛ vnicū remediū ē de tātis malis erui:dimittere alijs ꝛ dare. Sexta est itellectꝰ:ꝛ ꝯuenit mūdis corde q̄ purgato oculo pñt videre q̄ oculus nō vidit. Septima est sapiētia q̄ cōuenit pacificis:in qbꝰ nullꝰ motus est rebellis:sz obtēperāt spūi. Unū aūt pmiū qđ est regnū celorū varie noiatum est. In primo sicut oportebat positū est regnū celorū qđ est perfecte sapientie initiū:ac si diceret. Initiū sapiētie timor dñi. Mitibꝰ hereditas:tāq̄ testm̄ pris cū pietate q̄rētibꝰ. Lugētibꝰ ꝯsolatio:tāq̄ sciētibꝰ q̄d amiserīt:ꝛ in qbꝰ mersi sunt. Esuriētibꝰ saturitas tāq̄ refectio laborātibus ad salutē. Misericordibꝰ misericordia tanq̄ optimo cōsilio vtētibꝰ:vt hō eis exhibeat:qđ exhibēt. Mūdis corde facultas vidēdi deū tāq̄ purū oculū ad itelligenda eterna gerētibꝰ. Pacificis dei silitudinē. Et ista quidez in hac vita pñt cōpleri:sicut cōpleta esse in aplis credimus. nam qđ post hanc vitam promittit:nullus verbis exponi potest.

Consonantia donorum et btitudinum.

¶ Beati estis cū maledixerit vos hoies ꝛ psecuti vos fuerint:ꝛ dixerit oē malū aduersū vos mētiētes ppř me. Gaudete ꝛ exultate:qm̄ merces vestra copiosa ē i celis. Sic eñ psecuti sunt pphetas qui fuerunt ante vos.

¶ Raba. Supiores snias gñalr dixerebat. iā icipit loq̄ pñtes ꝯpellās pdicens eis psecutiōes q̄s p noie eiꝰ passuri erāt dicēs. Bti estis cū maledixerit vo. ho. et pse. vos fuerint:ꝛ dix. oē malū aduer. vos. Aug. Queri aūt pōt q̄d intersit qđ ait. Cū vobis maledicēt:ꝛ dicēt oē malū:cū maledicere hoc sit malum dicere. Sz aliter est maledictū iactatū cū ꝯtumelia corā illo q̄ maledicit. alit cū absentis fama ledit. persequi aūt ē vi in ferre vł insidijs appetere. Chry. sup mat. Si aūt verū ē:qm̄ qui calicē aq̄ porrexerit:merces eiꝰ nō perit:ꝯsequēter q̄ vł vniꝰ leuissimi vbi iniuriā fuerit passus vacuꝰ nō erit a mercede. Ut aūt blasphematꝰ sit btūs:duo cōuenire debēt:vt ꝛ mēdaciter blasphemet ꝛ p deū:allioquin si vnum defuerit:non est btitudinis merces. Et iō dt. Mētiētes pp̄ter me. Aug. Qđ ppter illos additū puto qui volunt de psecutionibꝰ ꝛ de fama sue turpitudinis gl'iari:ꝛ iō dicere ad se pertinere xp̄m. q̄ multa de illis dicūtur mala cum ꝛ vere dicant qn̄ ꝛ de errore illorū dñr. et si aliqn̄ falsa iactant:nō tñ pp̄ter xp̄z ista patiunt. Greg. sup ezechielē. Quid autē poterit obesse si hoies vobis derogēt: ꝛ sola vos cōscientia defendat? Sz tñ linguas detrahentium sicut nr̄o studio non debemꝰ excitare ne ipsi pereāt: ita p suā malitiā excitatas debemus equanimiter tolerare:vt nobis meritū crescat:vnde ꝛ hic dicitur. Gaudete ꝛ exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Glo. Gaudete mente quidē. ꝛ exultate corpore:qꝛ merces vestra non tātum magna est sicut aliorum:sed co

Nota pulchra.

piosa est in celis. Aug. Non hic celos puto dici supiores partes hui9 visibilis mūdi. nō em̄ merces vestra in rebus visibilibus collocāda est: sed in celis dictū puto i spiritalib9 firmamētꝫ vbi habitat sempiterna iustitia. Sētiūt ergo iam istā mercedē q̄ gaudent spiritalibus: sed ex ol parte pficiet: cū mortale hoc induerit immortalitatē. Hiero. Gaudere igit̄ ⁊ exultare debemus vt merces nobis in celestib9 pparet. hoc q̄ vanam sectatur gloriā īplere nō pōt. Chry. sup mat. Quia q̄rū aliqs letatur de laude hoim: tantū de vituperatione tristatur. q̄ vero gloriam cōcupiscis in celo: opprobria nō timeas in terris. Grego. sup ezechielem. Aliqñ tñ detractores debem9 cōpescere: nedū de nobis mala dissemināt: eoꝝ q̄ audire nos ad bona poterāt corda innocentiū corrūpant. Glo. Nō solū aūt premio: sed etiā exemplo eos ad patientiā prouocat: cū subdit. Sic em̄ psecuti sūt pphas q̄ fuerunt ante vos. Remi. Magnā em̄ cōsolationē accipit hō in tribulatiōe positus: dū recordat passiones aliorū a q̄bus exēplū patientie accipit: ac si diceret. Memētote q2 illius vos estis aplī: cui9 ⁊ illi fuerūt pphe. Chryſ. in ho. Sil'r. etiā insinuat coequalitatē sui honoris ad patrē: ac si dicat. Sicut illi ppter prēm ita et vos ppter me patiemini. Cū etiā dixit pphas qui fuerūt ante vos: monstrat et ipsos pphetas iā factos. Augu. Persecutionē aūt hic generaliter posuit: et in maledictis: ⁊ i laceratiōe fame.

discretio verborū.

Vos estis sal terre. Qd si sal euanuerit: in quo saliet. Ad nihilū valet vltra: nisi vt mittatur foras: et cōculcet ab hominibus.

Chry. i home. Quia excelsa precepta discipulis dederat: vt non dicerēt: qualiter poterimus ea seruare: eos laudib9 mitigat dicens. Vos estis sal terre. In quo mōstrat q2 necessario hec iniungit: non em̄ pro vestra vita aut pro vna gente: sed pro vniuerso mūdo vos mitto. ⁊ si alios mordentes mala audiatis gaudete: hoc em̄ est opus salis mollia mordicare: quare alioꝝ maledictio nihil vobis nocet: sed est testis vestre virtutis. Hila. Est aūt hic proprietas querenda dictorum quā ⁊ apostolorū officiū ⁊ ipsi9 salis natura monstrabit. hoc igit̄ in omnem vsum humani generis effectum: incorruptionē corporib9 q̄b9 fuerit aspersū impartit: ⁊ ad oēm sensum cōditi saporis aptissimū est. Apl'i aūt sunt rerum celestium predicatores: et eternitatis velut satores: merito sal terre nuncupati: q2 per virtutē doctrine quasi saliētes eternitati corpora seruant. Remi. Sal etiā per aquā ⁊ ardorē solis ⁊ per flatū venti in naturam alteram cōmutatur. sic ⁊ apl'ici viri p aquā baptismi ⁊ ardorē dilectionis ⁊ flatum spūssancti in spiritalē regenerationē cōmutati sunt. Sapientia etiā celestis per apostolos predicata exiccat humores carnaliū opeꝝ: aufert fetorē: ⁊ putrediné male conuersationis: et vermē libidinose cogitationis: ⁊ illū de quo dicit pphe ta. Vermis eorū non moritur. Remi. Sunt apostoli sal terre. i. hoim terrenorum qui amando terrā terra vocantur. Hiero. Vel apostoli sal terre appellantur: quia per illos vniuersum hominum conditur genus. Chry. sup Mat. Doctor em̄ cū fuerit oībus p̄dictis virtutibus ornat9: tūc est quasi optimū sal ⁊ totus ppl's de illo ɔdit: vidēdo eum ⁊ audiēdo. Re. Et sciēdū q2 nullū sacrificiū offerebat deo i veteri testō nisi pri9 cōdiretur sale: q2 null9 pōt laudabile sacrificium deo offerre absq̄ sapore celestis sapientie. Hila. Verū q2 conuersioni homo subiacet: ideo apostolos sal terre nuncupatos monet in tradite sibi potestatis ꝟtute persistere: cū subdit. Qd si sal euanuerit: in quo saliet. Hiero. i. si doctor errauerit q̄ alis

Moral' declaratio salis.

Salis mystērium.

doctore emandabitur. Augu. Et si vos per quos condiendi sunt ppli metu persecutionum temporalium amiseritis regna celorũ: qui erunt hoies per quos vobis error auferatur? Alia lra habet. Si sal infatuatũ fuerit. ostendens fatuos esse iudicãdos q̃ tpaliũ bonoꝝ vl copiã sectãtes vel inopiã metuẽtes amittũt eterna: q̃ nec dari pñt ab hoib⁹ nec anferri. Hila. Si aũt doctores infatuati nil sapiãt ꝛ ipsi sensu accepti saporis amisso viuificare non pñt corrupta: reddunt inutiles. vñ sequitur. Ad nihi. va. vltra nisi vt mit. fo. ꝛ concul. ab hominib⁹. Hiero. Exẽplũ de agricultura scriptuꝫ est. Sal enim vt in cõdimentum ciborũ ꝛ ad siccãdas carnes necessariũ est: ita aliũ vsuꝫ nõ hꝫ. Certe legimus in scripturis vrbes quasdã ira victorũ sale semiatas vt germẽ nullũ i ipsis oriret. Gl. Postq̃ g̃ illi qui capita sunt aliorum defecerint nulli vsui apti sunt: nisi ad hoc vt mittant foras ab officio docendi. Hila. Uel etiã de ecclesie prõptuarũs proiecti pedibus incedentium cõterantur. Augu. Non autẽ calcat ab hominib⁹: qui patitur psecutionẽ: sꝫ q̃ psecutionẽ timẽdo ifatuat. Calcari ei nõ pt nisi iferior: iferior ãt nõ ẽ: q̃ q̃uis corpe multa in terra sustineat: corde tñ in celo fix⁹ est.

¶ Uos estis lux mũdi. Nõ põt ciuitas abscondi supra mõtẽ posita: neqꝫ accẽdũt lucernã ꝛ ponũt eã sub modio sed sup cãdelabrũ: vt luceat oib⁹ q̃ i domo sunt. Sic luceat lux vestra corã homini bus vt videãt opera vestra bona: ꝛ glorificẽt patrem vestrũ qui in celis est.

Doctorũ laus i nob⁹ ꝯsistit. ¶ Chry. sup mat. Sicut doctores ꝓpter bonã ꝯuersationẽ sũt sal quo ppls cõdit: ita ꝓpter vbũ doctrine sunt lux qua ignorantes illuminant tur: prius aũt est bene viuere: q̃ bñ docere: et iõ postq̃ aplos dixerat sal ꝯñter vocat eos lucẽ dicẽs. Uos estis lux mundi. Uel q: sal in eo statu tenet rem ne ad deterius mutet lux aũt ad melius perducit illustrãdo: propter qđ apli dicti sunt prius sal ꝑo iudeos: ꝛ ꝑpt pplm xpianũ a q̃b⁹ deus cognoscit: quos seruant in dei scia lux aũt ꝑpter gentes q̃s ad sciẽtie lumẽ ꝑducũt. Aug. Oportet autẽ hic mũdũ nõ celũ ꝛ terrã: sed hoies q̃ sunt in mũdo intelligi vel q̃ diligũt mundũ: q̃b⁹ illuminãdis apli missi sunt. Hila. Nam eĩ luminis est vt lucẽ q̃cũqꝫ circũferatur emittat: illatũqꝫ edib⁹ tenebras iterimat luce dñante. Igit mũdus extra cognitionẽ dei posit⁹ obscur⁹ tenebat ignorãtie tenebris cui per aplos scie lumẽ inuehit: ꝛ cognitio dei claret: ꝛ de puis eoꝝ corpusculꝫ q̃cũqꝫ icesserint: lux tenebris ministrat. Rem. Sicut aũt sol diligit radios suos ita ꝛ dñs q̃ est sol iustitie direxit aplos suos ad effugandas humani generis tenebras. Chry. in ho. Intellige aũt q̃ magna eis promittit: vt q̃ in regiõe ꝑpria cogniti nõ erãt: ad fines orbis terrarum eorũ veniret fama: nec persecutiones q̃s ꝑdixerat eos potuerunt occultare: sed ꝑpt hoc magis ꝑclari reddũtur. Hiero. Ne aũt apli abscõdant ob metũ: sed tota libertate se ꝑdãt: docet eos fiduciã ꝑdicãdi: cũ ꝯñter dicit. Non põt ciui. abscõ. supra montẽ posita. Chry. i ho. Per hoc etiã eos docet eẽ sollicitos de ꝑpria vita q̃si i oculis oim positos: sicut ciuitas q̃ ẽ supra mõtẽ posita vel lucerna supra cãdelabrũ lucẽs. Chry. sup mat. Hec aũt ciuitas ecclesia sctõꝝ est: de q̃ dr. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ciues ei⁹ sunt oẽs fideles: de q̃b⁹ apls. Uos estis ciues sctõꝝ. Hec ergo ciuitas posita est supra montẽ xpm: de quo daniel. Lapis abscissus sine manibus factus est mons magnus. Augu. Uel posita est supra montem id est supra magnã iustitiam quam

Allegoria verborũ.

significat mōs in quo disputat dominus. Chry. super. Mat. Non pōt ergo ciuitas abscondi posita supra montē etiā si ipsa voluerit. Mons enim qui eam portat facit eā omnibus manifestā: sic ⁊ apl'i ⁊ sacerdotes q̄ fundati sunt i xpo nō possunt esse abscōditi: etiam si voluerint: q: xps eos manifestat. Hila. Uel ciuitatem carnem quā assumpserat nūcupat: quia in eo per naturā suscepti corporis q̄dā humani generis cōgregatio ꝯtinet: et nos per ꝯsortium carnis sue sumus habitatio ciuitatis. Abscōdi ergo non potest quia in altitudine positus celsitudinis dei admiratione operū suoꝝ offertur omnibus contemplandus. Chry. sup matt. Quare aūt sanctos suos christ⁹ manifestet: ⁊ non sinat eos esse absconditos per alterā cōparationē ostendit. cum subditur. Neq; accē. lucer. ⁊ po. eam sub mo. sed supra candelabrū. Chry. in ho. Uel per hoc q̄ dixit. Non potest ciuitas abscon. demonstrauit suā virtutem. In hoc autē q̄ subdit. Neq; accē. lucer. eos inducit ad liberam predicationē: ac si diceret. Ego quidem lucernā accendi: vestri autem erit studiū eā manere ardentē: non solū propter vos sed ꝓpter alios q̄ illuminabunt. sed ⁊ propter gloriā dei. Chry. sup mat. Lucerna est verbum diuinum de quo dictū est. Lucerna pedibus meis verbū tuum. Accēdentes lucernam sunt pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus. August. Quid aūt putamus dictū esse. Et ponunt eā sub modio? vt occultatio tm̄ lucerne accipienda sit: tanq̄ si diceret nemo accēdit lucernā ⁊ occultat eā an aliq̄d ēt modi⁹ significat? vt hoc sit ponere lucernā sub modio supiora facere corpis ꝯmoda q̄ p̄dicationē v̄itatis. Sub modio ḡ lucernam ponit q̄sq̄s lucē doctrine bone ꝯmodis t̄palib⁹ obscurat ⁊ tegit. Et bn̄ modius d̄r res corpalis siue ꝓpter retributionē mēsure: q: ea q̄sq; recipit que gessit in corpore: siuē quia tēporalia bona que corpe peraguntur circa dierū mensurā quā significat modi⁹ ichoant ⁊ trāseūt: eterna v̄o ⁊ spūalia nullo tali fine coercēt. Sup cādelabrū autem lucernā ponit: q̄ corp⁹ suū ministerio v̄bi subijcit: vt superior sit p̄dicatio veritatis: ⁊ īferior fuit⁹ corpis: p ipaꝫ em̄ corpis seruitutē excelsior lucet doctrina: dū p vocē ⁊ ceteros corpis motus bonis operib⁹ insinuat discentibus. Chry. sup mat. Uel modij sunt homines mūdiales: qm̄ sicut modij desup q̄dem vacui sunt subtus autē pleni. sic omnes mundi amatores in rebus spiritalibus insensati sunt: in terrenis autem sapientes: ⁊ ideo quasi modius verbum dei tenet absconditū: q̄n propter aliquā causam terrenam verbum dei non est ausus palam proloq: nec fidei veritatem. Candelabrum est ecclesia que baiulat verbū vite: ⁊ omnis ecclesiasticus vir. Hila. Uel synagogam dn̄s modio ꝯparauit que susceptos fructus intra se tantum receptans certū modiū diuerse obseruantie ꝯtinebat. Ambro. sup lucā. Et ideo nemo fidē suā intra mēsurā legis iclndat: sed ad ecclesiā ꝯferat: in q̄ septiformi spūs relucet gratia. Beda i ho. Uel ipse xps accēdit lucernam: qui testē hūane nature flāma sue diuinitatis impleuit. quā nec credētib⁹ abscōdere: nec modio supponere: h̄ ē sub mēsura legis icludere vel intra vni⁹ gētis termios noluit cohibere. Cādelabrū ecclesiā dicit: cui lucernā supposuit: q: nr̄is in frontibus fidem sue incarnationis affixit. Hila. Uel lucerna xpi ponit in candelabrū: id est in ligno p passionē suspēsa: q̄ lumen eternū est in ecclesia habitātib⁹ p̄bitura. Et ideo dicit. Ut luceat omnibus qui in domo sunt. Augu. Siquis enim domum vult accipere ecclesiam: non est absurdū. Uel dom⁹ est ipse mūdus propter id quod superius ait. Uos estis lux mundi. Hilar. Tali etiam lumine monet fugere apostolos: vt ex admiratiōe operis eo

Tropologica expō.

Xps lucerna

rū deo laus ipartiat: vñ sequit. Sic luceat lux vr̃a corā hoīb⁹ vt videāt opa vr̃a bōa. Chry. sup mat. i. sic illuminate docētes: vt nō vr̃a tm̄ audiāt v̄ba: sʒ vt opa videāt: vt q̄s illuminaueritis p v̄bū q̄si lux: ꝯdiatis p exēplū q̄si sales. Per illos aūt doctores q̄ docēt ꝛ faciūt magnificat de⁹: nā disciplina dn̄i ex moribus familie demōstrat. Et iō sequit. Et glo. pa. ve. q̄ in ce. est. Augu. Si tm̄ modo diceret. Ut videant opa vr̃a bona: fine ꝯstituisse videret in laudibus hoīm: quas q̄rūt hypocrite sʒ addidit. Et glificent patrē vr̃m q̄ in celis est: vt hoc ip̄m q hō p bona opera placet hoibus: nō ibi finē cōstituat: sed referat ad laudem dei ꝛ propterea placet hominibus: vt in illo glificet de⁹. Hi. Nō q ab hoibus oporteat gl̃iā q̄rere: sʒ vt dissiminātibus nobis op⁹ nr̃m his iter q̄s viuimus: in honorē dei eluceat.

Nolite aūt putare: qm̄ veni soluere legē aut prophetas. Nō em̄ veni soluere: sed adīplere. Amē quippe dico vobis: donec transeat celū ꝛ terra iotha vnū aut apex vn⁹ nō preteribit a lege: donec oīa fiāt. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis ꝛ docuerit sic hoīes: minimus vocabit in regno celorū. Qui aūt fecerit ꝛ docuerit: hic magnus vocabit in regno celorum.

Glo. Postq̄ hortat⁹ est audiētes vt se p̄pararent ad oīa sustinenda p iustitia ꝛ nō abscōderēt qd̄ acceptu ri erāt: sed ea beniuolētia discerēt: vt ceteros docerēt: icipit eos informare qd doceant: tāq̄ si quererent. Quid est hoc qd̄ nō vis abscōdi: p quo q̄ iubes oīa tolerari? nūqd aliqd dictur⁹ es extra ea q̄ in lege sunt scripta? Iō inq̄t. Nolite em̄ putare qm̄ veni soluere legem: aut prophetas. Chry. sup mat. Od̄ ppt duas cās dicit. Primū vt discipulos suos his v̄bis ad suū p̄uocaret exēplū: vt sicut ip̄e oēʒ legē adiplebat: sic ꝛ illi studerēt iplere. Deniq̄ futurū erat vt calūniarēt eū iudei: q̄si legē soluētē p̄usq̄ icurrat calūniā calūnie satisfacit: ne āt putaret sic venisse: vt simplr̄ legem p̄dicaret: sicut pphe fecerēt. Remi. Duo dixit: negat venisse se soluere: ꝛ affirmat venisse se implere: ꝛ iō addit. Nō em̄ veni legē soluere sed adimplere. Aug. In hac aūt s̄nia duplex est sensus. Nā adiplere legē aut est addēdo aliq̄d qd̄ min⁹ habet: aut faciendo qd̄ hʒ. Chry. in ho. Impleuit igit xp̄s prophetas ꝯplendo oīa q̄ p eos de ipso fuerāt dicta: legē aūt p̄io q̄dem nihil trāsgrediēdo legaliū: scd̄o iustificādo p fidē: qd̄ lex p literā facere nō valebat. Aug. ꝯtra faustū. Demū ēt: q̄ sub gr̃a positis in hac mortali vita difficile erat iplere: qd̄ i lege scriptū ē. Nō ꝯcupisces. Ille p carnis sue sacrificiū sacerdos effectus ipetrat nobis indulgētiā etiā hinc adimplēs legē: vt qd̄ p nostrā infirmitatē min⁹ possum⁹: p illi⁹ pfectionē curet cui⁹ capitis mēbra effecti sum⁹. Puto ēt sic eē accipiēdū qd̄ dr̄. Nō ei veni legē soluere sʒ adiplere his vcʒ additamētis: q̄ vel ad p̄onē ptinēt antiquarū s̄niarū: vel ad ꝯuersationē in eis. Aperuit em̄ dn̄s etiā in: quū motū ad nocendū fr̄i in homicidiū gn̄e deputari. Maluit etiā nos dn̄s non iurantes non recedere a vero: q̄ verū iurātes appropinquare piurio. Sʒ cur o manichei legē nō accipitis ꝛ pphas: cū xp̄s ad eos se nō venisse soluere dixit: sed adiplere? Ad hoc rn̄det faustus hereti c⁹. Quis hoc testat dixisse iesū? Matthe⁹. Quō ergo ioānes nō id testat: q̄ fuit in mōte. Matthe⁹ hoc scripsit: q̄ postq̄ ies⁹ descēdit de mōte: secut⁹ est eū? Ad hoc Augu. rn̄det. Si nemo de xp̄o vera dixit: nisi q̄ vidit eū vel audiuit: hodie de eo v̄ba dicit null⁹. Cur ergo ex oīe ioā

Lfalio expō.

nis possum⁹ vera loq̃ de eo nos tã-
to tpe post nati:hinc em̄ non solũ
matthei:s3 ét Luce ac marci euãge
liũ ad nõ ipare autoritatẽ receptũ
est.Huc accedit.qꝛ ⁊ ipe dñs potuit
narrare mattheo qđ egerat:anteꝙ
eũ vocasset.Apte aũt dicite nõ vos
credere euãgelio:nã q̃ in euãgelio
nõ nisi qđ vultis creditis:vobis po
ti⁹ ꝙ euãgelio creditis.Jtẽ faust⁹.
Probem⁹ ⁊ matth.hoc nõ scripsisse
sed alium:nescio quẽ sub noĩe eius.
Quid em̄ dicit.Cũ trãsisset iesus vi
dit sedentem hominẽ ad teloneum
mattheũ noĩe.Et q̃s ergo scribens
de seipso dicat:vidit hoiẽ ⁊ non vi
dit me:Ad qđ Aug.Jta mattheus
de se:tãꝙ de alio scripsit:sicut ⁊ io-
annes fecit dicẽs.Cõuersus petrus
vidit aliũ discipulũ quem diligebat
iesus.Manifestũ est em̄ hunc morẽ
fuisse scriptorũ cũ gesta narrarent.
Jtẽ faustus.Quid ꝙ etiã ex ipso ser
mone quod p̃cepit:non putare qꝛ
veniret legem soluere:magis intel
ligi datur qꝛ solueret:neqꝫ enim ni-
hil tale eo faciente iudei suspicari
hoc possent.Ad qđ August.Hodie
quidẽ valde infirmũ est:nõ enim ne
gam iudeis nõ intelligentib⁹ videri
potuisse xp̄m destructorẽ esse legis
⁊ pphetarũ.Jtem faustus.Quid ꝙ
etiã lex et pphete nec adimpletiõe
gaudẽt cũ in deuteronomio dicat.
Hec p̃cepta q̃ mando tibi obserua-
bis:nec addas quicꝙ eis:nec mi-
nuas?Ad qđ Aug. Nõ itelligit fau
stus q̃d sit legẽ iplere:cũ hoc đ ꝟbo
rũ adiectiõe putat accipiendũ.Ple
nitudo em̄ legis charitas est quam
dñs dedit mittẽdo fidelib⁹ spm̄sctm̄
Jmplet ergo lex vł cũ fiũt q̃ ibi p̃ce
pta sunt:vel cũ exhibent q̃ ppheta
ta sunt.Jtẽ faustus.Qđ nouũ testa-
mẽtũ iesum cõdidisse fatemur:quid
aliud a destructiõe fatemur veteris
testamẽti?Ad qđ Aug.Jn veteri te-
stamento figure erãt futurorum q̃s
in reb⁹ p xp̄m p̄ntatis auferri opoꝛ
tebat:vt eo ipso lex et prophete im-
plerentur: in quibus scriptum est
daturum deum nouũ testamentum.

Faust⁹ instat oportu ne.

Jtem faustus.Hoc igit si dixit xp̄s
aut aliud significãs dixit aut(quod
absit)mentiẽs dixit:aut omnino nõ
dixit:sed iesum q̃dẽ mentitum fuis
se nullus dicat:ac per hoc aliter di
ctum est:aut nec oĩno dictũ est:me
q̃dẽ iã aduersus capli hui⁹ necessi
tudinem manichea fides reddit hic
tutum:q̃ principio mihi nõ cunctis
que ex saluatoris nomine leguntur
scripta:passim credere psuasit.Esse
enim multa zizania que in contagiũ
boni seminis:scripturis pene omni
bus noctiuagus quidam seminatoꝛ
insparsit.Ad quod Aug.Maniche⁹
docuit impioꝝ peruersitatem.vt ex
euangelio quod heresim tuam non
impedit hoc accipias:quod autem
impedit non accipias.Nos autem
docuit apostolus piam prouisionem:
vt quisquis nobis annũciauerit pre
ter id quod accipim⁹:anathema sit.
Dñs autem exposuit quid sint zi-
zania nõ aliq̃ falsa veris scripturis
immissa:sicut tu iterp̃taris:s3 hoies
filios maligni.Jtẽ faustus.Cum te
iudeus interpellabat:cur legis et
pphetarũ precepta nõ serues:que
christus dixit:non se venisse solue-
re:sed adiplere recogeris:aut vane
supstitiõi succũbere:aut capitulum
p̄fiteri falsum:aut te xp̄i negare di-
scipulũ.Ad qđ Aug. Nullas ex hoc
capitulo catholici patiuntur angu-
stias:quasi legis ⁊ prophetarũ pre
cepta non seruent:quia charitatem
dei ⁊ proximi habent:in quibus pre
ceptis pendet lex et prophete.Et q̃
cunqꝫ ibi rebus gestis vel sacramẽ
torum celebrationibus vel locutio
num modis figurate prophetata
sunt in christo et ecclesia compleri
cognoscunt.Unde nec vane supersti
tioni succumbimus:nec istud euan
gelij capitulum falsum esse dicim⁹:
nec christi discipulos nos negam⁹.
Qui ergo dicit.Si christus legem
⁊ prophetas non soluisset:illa sacra
menta legis ⁊ prophetarum in chri
stianorũ celebrationibus permane
rent.Potest dicere si christus legem
⁊ prophetas nõ soluisset:adhuc pro

Faust⁹ abutit verbis christi.

Ualida refuta-tio ma nicheo rum.

mitteret nasciturus:passurus:resur-
recturus:cū ideo magis hoc nō sol
uerit:sed adimpleuerit:q2 iā non p
mittit nasciturus:passurus:resurre
cturus:quod illa sacramēta q̄dāmō
psonabāt. Sed annunciat:q2 natus
sit:passus sit:resurrexit:qd hec sacra
mēta q̄ a xpianis agunt:iā psonant.
Ptz ergo q̄to errore delirent:q̄ pu-
tāt signis sacramētisq3 mutatis etiā
res ipsas esse diuersas. q̄s rit9 pro-
phetic9 pnūciant pmissas z euāge
lic9 demōstrat iipletas. Item faust9.
Querēdū ē si hoc xps dixit:cur dixe
rit:vtrū ne cōpalpādi iudeoz furo
ris cā q̄ sctām suā ab eo ɔculcari vi
dētes:nec audiēdū q̄dē eū existima-
bāt:aut vt nos q̄ eis credebam9 ex
gētib9 instrueret legis subire ingū.
Si aūt hec nō ei fuit cā dicendi:illa
debet eē quā dixi:nec hoc ipm men
tit9 est. Sunt eñ tria genera legum.
vnū hebreoz:qd peccati ac mortis
paul9 appellat. aliud gentiū:qd na-
turale vocat dicēs. Gentes autē na-
turaliter q̄ legis sunt faciūt. tertiuz
ē veritatis:de qua dixit lex spūs
vite zc. Itē pphete alij sunt iudeoz
de q̄b9 notū est:alij gentiū de quib9
Paulus dicit:dixit q̄dē pprius eoz
ppha:alij vitatis de q̄b9 ies9 dicit.
Mitto ad vos sapiētes z pphetas.
Et q̄dē si obseruationes hebraicas
adimpletiōis gr̄a ptulisset:dubiuz
nō erat q̄n de iudeorū lege z pphis
dixisset. Ubi vo sola recēset antiq̄o
ra p̄cepta. i. nō occides:non mecha-
beris:q̄ olim pmulgata fuerāt:per
enoch z seth z ceteros iustos:cui n̄
videat hoc eū dixisse d vitatis lege
z pphetis. Ubi vo iudeorū q̄dam vi
sus est noiasse:penit9 eradicauit:p-
cipiēdo ɔtraria:vt ē illud. Oculū p
oculo:dētē p dēte. Ad qd Aug. Ma-
nifestū est quā legē z quos pphetas
xps nō venerit soluere:sed implere.
Ipsa eñ est lex q̄ p moysen data est (refutatio dictorum fausti.)
nō āt sicut faustus opinat:q̄dā dn̄s
adimpleuit:q̄ ab antiq̄s iustis iam di-
cta erāt añ legē moysi:sicut Nō oc-
cides. Quedā vo soluit:q̄ ppria vi-
debant legis hebreoz:nos eñ dici

mus. Et hec p tpe bn̄ fuisse istituta
z nūc a xpo nō soluta s3 adimpleta.
vt patebit p singula. Hoc ēt nō itel-
ligebāt:q̄ in ea pversitate māserunt
vt gētes cogerēt iudaizare heretis
ci. s. q̄ nazarei dn̄r. Chry. super Mat.
Qm̄ vero oia q̄ ab initio mūdi:vsq3
ad finē erāt futura:mystice erant p
phetata in lege ne videat aliq̄d eo
rū q̄ fiunt de9 nō antea cognouisse:
ppterea dicit. Nō pōt fieri vt trans
eat celū z terra:donec oia q̄ in lege
prophetata sunt reb9 ipsis fuerint
adipleta. z hoc est qd dicit. Amē q̄p.
di. vo. do. trāse. ce. z ter. io. vnum aut
vnus apex nō p̄te. a lege. donec om
nia fiant. Remi. amen hebre9 sermo
ē: z latine d2 vere fideliter siue fiat.
Duab9 aūt de causis hoc sermone
vtit dn̄s. siue pter duritiā illoz q̄
tardi erant ad credēdū:siue propter
credētes vt pfundius attēderēt ea
q̄ sequuntur. Hil. Per hoc aūt q2 ait.
Donec trāseat celum z terra:celum
quidem z terram maxima elemēta
nō arbitramur esse absoluenda. Re.
Permanebūt enim essentialiter:sed
transibunt per renouationem. Aug.
Per hoc autem q2 ait. Iotha vnum
aut vnus apex non transibit a lege
nihil potes aliud intelligi nisi ve-
hemens expressio perfectionis:que
per literas singulas demonstrata
est: inter quas literas Iotha mi-
nor est ceteris:quia vno ductu fit.
Apex etiam est ipsius aliqua in sum
mo particula:quibus verbis osten-
dit in lege ad effectum et minima
queq3 perduci. Raba. Aperte quoq3 (Iotha grecuz ioth he breū ē.)
grecum Iotha z non ioth hebreum
posuit:quia iotha in numero. x. signi
ficat:z decalogum legis enumerat
cui9 quidē apex z pfectio est euāge
lium. Chry. super mat. Si autē inge
nuus homo vel in vili mendacio in
uentus fuerit erubescit: et vir sa-
piens verbum quod dixit:non re-
linquit inuacuū:quo verba diuina
sine exitu vacua poterant perma-
nere?vnde concludit. Qui ergo. sol.
vnum de man. istis minimis:et do-
cue. sic ho. mi. vo. in regno celorum.

p uso aūt φ ipe dñs manifeste hoc ondit:q̄ sunt minima mādat a:mōstrās dicēdo.Si qs soluerit vnū de mandatis istis minimis.i.q̄ nō dicturus sū.Chry.in homel.Nō enī p veterib⁹legib⁹ hoc dixit:sꝫ p his q̄ ipe erat pceptur⁹:q̄ q̄dē minima vocat:lꝫ magna sint.Sicut eīm mul totiēs de se humilia locut⁹ est: ita ꝛ de suis pceptis humilr loquit.Uel alit Chry.sup matt.Mandata moysi in actu facilia sunt:non occides. non adulterabis.Ipsa eīm criminis magnitudo volūtatē faciendi repcutit:ꝛ ideo in remuneratiōe modica sunt:in pctō aūt magna. Mādata aūt xpi.i.nō irascaris:non concupiscas:in actu difficilia sunt:ꝛ iō in remuneratiōe magna:i pctō aūt minima.Minima igit dicit ista christi mādata:nō irascaris:nō ꝯcupiscas: g illi q̄ lenia pctā cōmittūt minimi sūt i regno dei.i.q̄ irat⁹ fuerit:ꝛ grāde pctm̄ nō fecerit:a pena quidē securus est.s.dānatiōis eterne:nō tn̄ est in glia.s.quā ꝯsequunt illi q̄ etiā hec minima implent.Aug.Uel ecōtra illa q̄ pcepta sunt in lege dnr minima:q̄ aūt xps dictur⁹ est:sunt maxima.Mādata aūt minima significātur p vnū iotha ꝛ vnū apicē.Qui ergo soluerit ꝛ docuerit sic.i.sꝫ φ soluit minim⁹ vocabit i regno celoꝝ: Et fortasse iō nō erit:q: ibi nisi magni esse nō pn̄t.Gl.Soluere āt ē nō agere:qd recte qs intelligit:vel nō itelligere q̄ deprauauit:aut minuere integritatē superadditionis xpi. Chry.in homel.Uel cum audieris minimū in regno celoꝝ:nihil aliud suspicare φ suppliciū ꝛ gehēnā.Regnū eni ꝯsuenit dicere nō solū regni vtilitatē:sed tps resurrectiōis ꝛ aduentum xpi terribilē.Grego.in ho. Uel p regnū celoꝝ ecclia intelligēda est:in qua doctor qui soluit mandatū:minim⁹ vocat:q: cui⁹ vita despicit:restat vt ei⁹ pdicatio cōtemnatur.Hila.Uel minima dicit dni passionē ꝛ crucē:q̄ si qs tāφ erubescēda nō ꝯfitebit:erit minim⁹.i.nouissim⁹ ac pene nullus.Cōfitēti vo

Mādata q̄ dicāt minima.

magne i celo vocatiōis glia pollicet.vn sequit.Qui aūt fecerit:ꝛ docuerit magn⁹ vocabit in regno celoꝝ.Hier.Sugillat i hoc phariseos q̄ ꝯtēptis mādatis dei statuebāt pprias traditiōes:φ nō eis psit doctrina in pplo:si vel paruū qd in lege est destruāt.Possum⁹ āt ꝛ aliter itelligere φ magistri eruditio etiā si paruo pctō obnoxia sit deducat eū de gradu maximo:nec psit docere iustitiā quam minima culpa destruit beatitudoφ pfecta sit q̄ sermone docueris:ope cōplere.Aug. Uel aliter.Qui soluerit illa mīma scꝫ pcepta legis ꝛ sic docuerit minimus vocabit.Qui autē fecerit illa minima:ꝛ sic docuerit:nō iō magn⁹ habendus est sed tn̄ nō tā minim⁹ φ ille qui soluit:vt aūt sit magn⁹. facere debet ꝛ docere q̄ xps docet.

¶ Dico aūt vobis:quia nisi abūdauerit iustitia vestra plusφ scribaꝝ ꝛ phariseoꝝ: nō intrabitis i regnū celoꝝ. Audistis q: dictū ē antiq̄s: nō occides:q̄ autē occiderit re⁹ erit iudicio.Ego aūt dico vobis:q: oīs qui irascit frī suo:re⁹ erit iudicio.Qui aūt dixerit frī suo racha:re⁹ erit cōcilio.Qui aūt dixerit fatue:re⁹ erit gehēne ignis.

¶ Hila.Pulcherrimo ingressu op⁹ legis cepit excedere:aditū in celū aplis nisi iustitiā phariseoꝝ anteissent:denūcias non futurū:ꝛ hoc est qd dicit.Dico eīm vobis.Chry.super matth.Justitiam aūt hic dicit vniuersalē virtutē:intende aūt gre additametū.Discipłos ei suos adhuc rudes:magistris qui in veteri testō erāt vult eē meliores:scribas aūt ac phariseos nō dixit iniquos: q: nō dixisset eos hre iustitiā.vide etiā quoniā hic vetus testamētum confirmat:comparationem faciens eius ad nouum:plus enim ꝛ minus

Expositio literalis.

eiusdē generis est: scribarū autē et pharisęorum iustitię sunt mandata moysi. ꝑ impletiōes aūt illorū mandatoꝝ sunt mandata christi. hoc est ergo qđ dicit: Nisi q̄s supra legis mandata etiā hec mea p̄cepta que apud illos minima existimabantur impleuerit; nō intrat in regnū celorū: q̄m illa de pena liberāt: que scʒ trāsgressorib⁹ legis debent: nō autē in regnū inducūt: hec aūt ꝛ de pena liberāt: ꝛ in regnū inducūt. Cū aūt sit idē soluere minima mandata et nō custodire: quare supra de soluēte dicit ꝙ minim⁹ vocabit in regno dei. hic aūt de nō ꝯseruāte. nō itroibit i regnū celoꝝ. Sed vide q̄ minimū esse in regno: idē est ꝛ non intrare i regnū. Esse aūt aliquē in regno nō est regnare cuʒ xp̄o: sed esse tm̄ i pp̄lo xp̄i: tāꝙ si dicat de soluēte ꝙ inter xp̄ianos q̄dē erit: tn̄ minimus xp̄ian⁹. Qui aūt intrat in regnū: fit ꝑticeps regni cū xp̄o. Cōsequēter ꝛ iste q̄ nō intrat in regnū celoꝝ: glīā q̄dē nō hēbit cuʒ xp̄o: erit tn̄ i regno celorū. i. in numero coꝝ sup q̄s xp̄s celoꝝ rex regnat. Aug. ix. de ciui. dei. Uel alr̄. Nisi abundauerit iustitia vestra plusꝙ scribarū ꝛ pharisęorū. i. sup eos qui soluunt qđ docēt: q̄ de his alibi dictum est Dicunt em̄ ꝛ non faciūt ac si dicat. Nisi ita abundauerit iustitia vestra vt vos nō soluatis: sʒ faciatis poti⁹ qđ docetis nō itrabit; i regnū celorū. Alio ergo mō intelligēdū est regnū celoꝝ: vbi ambo sunt: ꝛ ille. s. q̄ soluit qđ docet ꝛ ille qui facit: sed ille minim⁹: ille magn⁹: qđ quidē regnū celoꝝ est eccl'ia p̄sens. Alio aūt mō regnū celorū dr̄ quo non intrat nisi ille q̄ facit: ꝛ hoc est eccl'ia: q̄lis i futuro erit. Aug. ꝯ faustū. Hoc aūt nomē regni celoꝝ: qđ tā crebro nominat dn̄s nescio vtrū in libris veteris testamēti q̄sꝙ inueniat. ꝓprie em̄ ꝑtinet ad reuelationem noui testamēti: qđ ori ei⁹ ēt no'andū seruabat quē regē ad regēdū suos suos vet⁹ testm̄ prefigurabat. Hic ergo finis quo precepta referenda sunt: oc

Regnū celoꝝ q̄n ac cipiat.

cult⁹ erat in veteri testō: q̄uis s̄m eū etiā tūc viuerent sancti q̄ futurā ei⁹ reuelationē videbāt. Gl. Uel h̄ qđ dicit nisi abūdauerit: referēdū ē ad intellectū pharisęorū ꝛ scribaꝝ: nō ad cōtinētiā veteris testamenti. Aug. ꝯ faustū. Pene em̄ oīa q̄ monuit vel p̄cepit dn̄s: vbi adiūgebat. Ego āt dico vobis: iueniūt ꝛ i illis veterib⁹ lib. sʒ q̄ nō itelligebāt homicidiū nisi ꝑēptionē corpis humani: aperuit dn̄s oēm iniquū motum ad nocēdū f̄ri in homicidiī gn̄e deputati. vn̄ subdit. Audistis q̄ dictū est antiq̄s: non occides. Chryſ. sup Mat. Uolēs xp̄s ondere: q̄ ip̄se de⁹ q̄ aliq̄n locut⁹ est i lege: ꝛ q̄ nūc mādat in grā: illud mandatū qđ ponit in lege ān oīa. s. prohibitiua q̄ sunt ꝯtra primū: ꝛ nūc ponit in p̄ncipio mandatorū suorū. Augu. s. de ciui. dei. Nō aūt qđ audiuim⁹. Nō occides: virgultū vellere nefas dicim⁹ s̄m manicheorū errorē: nec de irrationabilib⁹ aīalib⁹ dictū itelligim⁹ q̄ iustissima ordinatione creatoris vita ꝛ mors eoꝝ nostris vsib⁹ subdit: vn̄ restat ꝙ de homine intelligamus: qđ dictū est. Nō occides: non alterū: ergo nec te: neqꝫ em̄ q̄ se occidit: aliud ꝙ hoīeʒ occidit: nequaꝙ aūt ꝯ hoc p̄ceptū fecerūt q̄ auctore deo bella gesserūt ac personā gerētes publice p̄tātis iustissime rōnis imperio sceleratos morte punierūt ꝛ abrahā nō solū nō est culpat⁹ crudelitatis crimine: verūetiā laudat⁹ est noīe pietatis. ꝙ voluit filiū obediēter occidere. hi ergo excipiūtur quos de⁹ occidi iubet: siue lege data: siue ad personam ꝓ tp̄e exp̄ssa iussiōe: non aūt ipse occidit: q̄ ministeriū dat iubēti: sicut adminiculuʒ gladi⁹ vtenti: nec Sanson aliter excusatur ꝙ seipsum cum hostib⁹ ruina domus oppressit: nisi ꝙ latenter spiritus hoc iusserat: qui per illum miracula faciebat. Chryso. in hom. Per hoc autem quod dicit. Dictum est antiquis: ostendit multum tempus esse ex quo mandatum hoc acceperant. Hoc ergo dicit vt pro

Discretio verborū.

nocet tardos auditores ad altiora precepta: sicut si magister puerũ pigritantem ad excellẽtiorem doctrinam prouocãs dicat. Multũ tps cõsumpsisti i syllabicãdo: et iõ subdit. Ego aũt dico vobis qm ois qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. In quo cõsidera legislatoris ptãtez nullus eñ antiquorũ ita locut⁹ est: sed sic. Hec dicit dñs: qz illi vt serui ea q̃ sunt dñi annũciabãt. hic aũt vt fili⁹ ea q̃ sunt pris: q̃ etiã sua sunt: et illi cõseruis p̃dicabãt. Hic aũt suis seruis legez ponebat. Aug. ix. de ci. dei. Due q̃dẽ sunt snie philosophorum de animi passionib⁹: stoicis eñ nõ placet hmõi passiones cadere in sapiẽtẽ. peripatetici v̄o has passiones in sapiẽtẽ cadere dicũt: sed moderatas rationiq; subiectas: sicut cũ ita pbek mia vt iustitia cõseruek. In disciplina aũt xpiana non tã q̃rik vtrũ pius animi⁹ irascak aut tristek: sz vñ. Chry. sup mat. Qui eñ sine cã irascik re⁹ erit: q̃ v̄o cũ cã: non erit re⁹: nã si ira nõ fuerit nec doctria pficit nec iudicia stãt: nec crimia cõpescũtur. Itaq; q̃ cũ cã nõ irascik peccat: patiẽtia eñ irrõnabilis vitia seminat: negligẽtia nutrit: et nõ solũ malos: sed et bonos inuitat ad malum. Hier. In quibusdã ergo codicibus addik. Sine cã ceterũ in veris defi nita snia est: et ira penitus tollik. Si eñ iubemur orare p psequentibus ois ire occasio tollik: irascẽdũ ergo nõ est sine cã: qz ira viri iustitiã dei nõ operak. Chrys. super mat. Sz tñ iracũdia q̃ cũ cã est: nõ est iracũdia: sz iudiciũ: iracũdia eñ pprie intelligik cõmotio passionis: q̃ autẽ cũ cã irascik: ira illi⁹ nõ est ex passiõe: ideo iudicare dr nõ irasci. Augu. in li. retracta. Illud etiã dicim⁹ intuẽdum q̃d sit irasci fratri suo: qm non fratri irascik q̃ pctõ fratris irascik. Qui ergo fratri nõ pctõ irascik sine cã irascik. Aug. xiiij. de ciui. dei. Irasci autẽ fratri vt corrigak null⁹ sane mentis reprehẽdit: hmõi eñ motus de amore boni et de sctã charitate veniẽtes vitia dicẽda nõ sunt: cũ rectã

Ira q̃tenus p̃mittik xpiano

rõnẽ sequank. Chry. sup matth. Puto autem non de iracundia carnis loquitur christus: sed de iracundia anime: caro eñ non potest obedire vt non conturbetur. Quando ergo homo irascitur: et nõ vult facere q̃d ira compellit: caro ei⁹ irata est: animus aũt ei⁹ non est iratus. Aug. sic ergo in hoc pmo est vnũ. s. ira sola. in secũdo autez sunt duo. s. ira et vox que irã signat. vnde sequik. Qui autem dixe. fra. suo ra. reus erit consi. Nonnulli de greco trahere voluerũt interptationẽ huius vocis: putantes panniosum dici racha: qm grece dicitur pannus rachos. Probabilius aũt est nõ esse vocẽ significãtem aliq̃d: sed indignantis animi motũ exprimentẽ. Has autẽ voces grãmatici interiectiones vocãt velut cũ dr a dolẽte heu. Chry. in ho. Uel racha est verbũ cõtẽptus et vilipẽsiõis. Sicut eñ nos vel famulis vel iunioribus iniungẽtes dicim⁹. Uade tu: dic illi tu: ita et q̃ syrorum vtuntur lingua racha dicũt pro tu. Dñs eñ et q̃ paruissima sunt euellit et cum honore nobis inuicem vti iubet. Hierony. Uel racha hebreum verbum est: et dicitur inanis aut vacuus quem nos possumus vulgata iniuria absq; cerebro nuncupare. Signanter autem addidit. Qui dixerit fratri suo. Frater eñ nr̃ null⁹ est: nisi qui cũ dẽ nobiscũ hz patrez. Chrysosto. super Matth. Indignuz autẽ dicere hoiem vacuũ qui hz in se spiritum sanctum. Augu. In tertio autez significatur tria: ira: et vox que iram significat: et in voce vituperationis expressio. vnde dicitur. Qui autem dixerit fa. re. erit gehẽ. ignis. Augusti. Gradus itaq; sunt in istis peccatis: primo vt quisquis irascatur: et motũ retineat corde cõceptum. Jam si extorsit vocem non significantem aliquid: sed animi motum ipsa eruptione testantem plus est q̃ si ira surgens silentio premeretur. Sed adhuc plus est si etiam verbum proferatur: quod iã certam vituperationẽ designat. Chryso. sup

Grad⁹ p̃dcõz distinguunk.

matth. Sicut autē nemo est vacuus q̄ habet spm̄sanctū: ita nemo est fatu⁹ q̄ xp̄m cognoscit: sed si racha id est quod vacuus: q̄tum ad sensum verbi vnū est dicere fatue ꝛ racha sed differunt q̄tum ad dicētis ꝓpositum. racha eī verbū vulgare erat apud iudeos: quod non ex ira neq̧ odio sed ex aliquo motu vano dicebant: magis fiducie causa q̄ iracundie: sꝫ si iracundie cā nō dicit quare peccatū est qꝛ cōtentionis causa dicitur: nō edificationis: si eī nec bonū verbū dicere debem⁹ nisi ꝑ edificatiōe quātomagis illō qđ ī se naturaliter malū est. Aug. Uide etiam nunc tres reatus: iudicū: conciliū: et gehēne ignis in q̄bus quosdā gradus factos admonet a leuiorib⁹ ad grauiora: nā in iudicio adhuc defensionis locus datur ad conciliū autē pertinere videt sententie ꝓlatio: qn̄ inter se iudices conferunt quo supplicio damnari oporteat: in gehenna vero ignis certa est dānatio ꝛ pena dānati: vn̄ patet quantū intersit īter iustitiā phariseorū ꝛ xp̄i: ibi eī occidentē reū facit iudicio: hic aūt ira facit reum iudicio quod horum trium est leuissimum. Raba. Gehēnā hic saluator inferni cruciatū nominat quā nomen traxisse putant a valle idolis cōsecrata: q̄ ē iuxta hierusalē repleta olim cadauerib⁹: quā et iosiam cōtaminasse in libro regū legimus. Chry. in ho. Hic autem primū gehēne nomē posuit: postq̄ in regno celorū supradixerat: ostēdēs q̄ illud dare est ex suo amore hoc aūt ex nostra desidia. Multis autē hoc graue videt: si pro solo verbo tantā patiemur penā: propter q̄ q̄dam dicūt hoc hyperbolice dictū esse. Sꝫ timeo ne verbis hic nosmetipsos decipiētes: illic opere vltimū patiamur suppliciū. Nō ergo estimes hoc esse onerosum: plures eī penarū ꝛ peccatorū a verbis hn̄t principiū etenī parua verba multoties homicidiū pepererūt: ꝛ ciuitates itegras euerterūt. Nec enim paruū estimes: fratrem stultū vocare: auferēs ei prudētiā ꝛ intellectū quo homines sumus ꝛ ab irrationabilib⁹ distamus. Chry. super mattheū. Uel reus erit concilio. i. vt sit vn⁹ ex concilio eorū qui aduersus christum fuerint: sicut apostoli in suis canonib⁹ interpretantur. Hila. Uel q̄ spūsancto plenū cōuitio vacuitatis insinuat: fit reus concilio sanctorū contumeliā spiritussancti sanctorū iudiciū animaduersione luiturus. Augu. Quisquis autē dixerit quo grauiori supplicio punitur homicidiū: si gehēna ignis punitur cōuitiū: cogit intelligi esse d̄rias gehēnarum. Chry. in ho. Uel iudicium ꝛ cōciliū sunt pene in presenti: gehēna aūt pena futura. Ideo autē ire iudiciū apposuit: vt ostēdat q̄ nō est possibile hominem totaliter esse sine passionibus: sed refrenare eas possibile est ꝛ ꝓpter ea determinatā penā non apposuit ne videret totalr̄ irā ꝓhibere. Conciliū aūt posuit nūc ꝑ iudicio iudeorū: ne videat semꝑ noua inducere. Aug. In istis autē tribus sententijs subauditio ꝟborū intuēda est. hꝫ eī ꝓma snīa oīa verba necessaria: vt nihil subaudiat. Qui irascitur inquit fratri suo: sine causa s̄m quosdam. In secunda vero cum ait. Qui autē dixerit fratri suo racha: subauditur sine causa. Nā in tertia: vt ait. Qui autem dixerit fatue. duo subaudiūtur: fratri suo et sine causa: ꝛ hoc est vnde defenditur q̄ apostolus galathas vocat stultos: quos etiam fratres nolat: nō enim id facit sine cā.

Gehenne q̄ sit origo.

Expō italia.

Si ergo offers mun⁹ tuū ad altare: ꝛ ibi recordat⁹ fueris: qꝛ frater tu⁹ habet aliq̄d aduersū te: relinq̄ ibi mun⁹ tuū añ altare: ꝛ vade pri⁹ recōciliari fratri tuo: ꝛ tunc veniēs offeres munus tuum.

Augu. Si irasci non est fas fratri aut dicere racha: aut fatue: multominus in animo tenere aliquid vt in odium indignatio conuertatur:

⁊ ideo subdit. Si ergo offers munꝰ tuũ ad altare: et ibi recordatꝰ fueris: qꝛ frater tuꝰ habet aliquid aduersum te. Hie. Non dixit. Si tu habes aliquid aduersus fratrem tuũ sed si frater tuus habet aliquid aduersum te: vt durior tibi recõciliatiõis iponat necessitas. Aug. Tunc enĩ ipse hꝫ aduersus nos si nos eũ in aliquo lesimus: nam nos aduersus illum habemus si ille nos leserit. vbi non est opus pergere ad reconciliationẽ: nõ enim veniã postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam: ſꝫ tãtũ dimittas: sicut tibi a dño dimitti cupis: quod ipse commiseris. Chry. super mattheum. Si aũt ille te leserit: ⁊ priꝰ rogaueris magnam habebis mercedẽ. Chry. in homel. Sed si q̃ aliquis ꝑpter amorẽ proximi: ei recõciliari nõ curat: ad hoc enim inducit: vt saltem eius opꝰ nõ remaneat imperfectum: ⁊ precipue ĩ loco sacro. vnde subdit. Relinque ibi munus tuum ante altare: et vade priꝰ recõciliari fratri tuo. Chry. super matth. Ecce a discordãtibus accipe non vult sacrificiũ. Hinc ergo ꝑpẽdite q̃tum sit malũ discordia propter quod ⁊ illud abiicitur per qđ culpa relaxaꝛ. Uide aũt misericordiã dei: quomõ hoĩm vtilitates amplius aspicit q̃ suos honores. plus enim diligit cõcordiã fideliũ q̃ munera: q̃diu enim fidales homines aliquã dissentionẽ habuerit munꝰ eorũ nõ suscipiꝛ: orõ enim nõ exauditur. Nemo enim inter duos inimicos põt eẽ fidelis amicꝰ ãboꝝ ideo ⁊ deꝰ nõ vult esse amicꝰ fideliũ q̃diu iter se fuerit inimici: Et nos ergo fidẽ deo non seruamꝰ si inimicos eiꝰ diligimus: et amicos eius odimꝰ. Qualis autẽ precessit offensio: talis debet seq̃ recõciliatio: si cogitatu offendisti: cogitatu recõciliare: si verbis offendisti: verbis recõciliare: si opibꝰ offẽdisti: operibꝰ recõciliare. Omne eñ peccatũ quomodo cõmittitur: eo modo de ip̃o penitentia agaꝛ. Hila. Recõciliata autẽ humana pace reuerti in diuina iubet: in dei charitatem de charitate hominũ transituros. Et ideo sequitur. Et tũc veniẽs offeres munus tuũ. Augu. Si aũt qđ hic diciꝛ accipiatur ad literam: fortasse aliquis credit ita fieri oportere si frater sit ꝑsens: nõ eñ diutius differri potest cũ munus tuũ relinquere añ altare iubearis. Si vero absente: et quod fieri potest etiam trans mare cõstituto aliquid tale veniat in mẽtem: absurdum est credere añ altare munus relinquendum quod post terras et maria perexgrata offeras deo: et ideo prorsus intro ad spiritualia refugere cogimur: vt quod dictũ est: sine absurditate possit intelligi. Altare spũalr̃ fidẽ accipere possumꝰ. Munꝰ eñ qđ offerimꝰ deo siue doctrĩa siue orõ: vl̃ q̃cq̃d aliud deo acceptũ esse nõ põt: nisi fide fulciatur. Si ergo fratrẽ in aliquo lesimus ꝑgẽdũ est ad recõciliationem nõ pedibus corporis: sed motibus animi vbi te humili affectu prosternas fratri in ꝯspectu eiꝰ cuiꝰ munꝰ es oblaturus. Ita enim et si pñs sit poteris eũ non simulato animo lenire veniã postulando: atq̃ inde veniẽs. i. intẽtionem reuocãs: ad id qđ agere ceperas offeras munꝰ tuum.

Cõcor die bonũ notatur.

Expõ ꝑ bozũ euãgelij.

¶ Esto ꝯsẽtiẽs aduersario tuo cito dũ es ĩ via cũ eo: ne forte tradat te aduersariꝰ iudici: ⁊ iudex tradat te ministro: ⁊ ĩ carcerẽ mittaris. Amẽ dico tibi: nõ exies inde dõec reddas nouissimũ quadrãtem.

¶ Hila. Qꝛ nullũ tẽpus vacuũ affectuũ placabilitatis dñs esse ꝑmittit: cito in vite nostre via recõciliari nos aduersario precepit: ne ĩ mortis tẽpus nõ inita pace trãseamus: et ideo dicit. Esto consentiẽs aduersario tuo cito dum es cuꝫ eo in via ne forte tradat te aduer. iudi. Hiero. Pro eo q̃ nos habemꝰ in latinis codicibꝰ. Cõsentiẽs: in grecis scriptuꝫ est. Synocon: qđ interp̃taꝛ beniuo-

lus aut benign⁹. Augu. Sed videamus quis sit aduersarius: cui iubemur esse beniuoli: aut em̄ diabolus est: aut hō: aut caro: aut de⁹: aut preceptū eius. Sed diabolo non video qualit iubeamur esse beniuoli: aut consentiētes: vbi enī beniuolentia ibi amicitia: nec q̄sq̄ dixerit amiciciā cū diabolo esse faciēdā: neq̄ concordare cū illo expedit cui semel renūciādo bellū indiximus⁹: neq̄ cōsentire illi debet cui si nunq̄ cōsensissemus nūq̄ in istas incidissem⁹ materias. Hiero. Quidā tn̄ dicūt a saluatore precipi: vt simus beniuoli erga diabolū: nō faciam⁹ eū penā sustinere p nobis quē dicunt p nobis esse torq̄ndū: si ei cōsenserim⁹ vitia suggerenti: quidam cautius disputant in baptismate singulos pactum inire cū diabolo ei abrenunciando. Si ergo seruauerimus pactū beniuoli ꝛ consentientes sumus aduersario ꝛ nequaq̄ in carcerem recludendi. Augu. Non autem video quō accipiā ab homine nos iudici tradi: vbi christū iudicē intelligo: ante cuius tribunal omnes exhiberi oportet. Quomodo ergo iudici traditurus est: qui ante iudicem pariter exhibetur: et etiā si occidendo quis nocuerit homini: non erit iā tēp⁹ quo concordet cum eo in via. i. in hac vita: nec tn̄ ideo non sanabitur penitendo? Carni vero multominus video quō consentientes esse iubeamur: magis em̄ peccātores ei ꝯsentiūt q̄ vero eā seruituti subijciūt: nō ei cōsentiūt: sed eā sibi cōsentire cogūt. Hie. Quō etiā caro mittēda erat in carcerē si anime nō cōsenserit: cū ꝛ aīa et caro pariter recludende sint: nec quicq̄ possit caro facere nisi qd anim⁹ imperauerit? Augu. Fortassis ergo iubemur id ꝯsentire: q2 peccando recessimus: vt aduersari⁹ nr̄ dicere possit dū nobis resistit. De⁹ em̄ supbis resistit. Quisq̄s ergo in hac vita non fuerit recōciliat⁹ deo per mortem filij eius: tradet ab illo iudici. i. filio cui pr̄ iudicium dedit. Quō autem pōt recte dici homo est

in via cū deo: nisi quia deus vbiq̄ est? aut si nō placet dici impios esse cū deo qui vbiq̄ presto est sicut non dicimus cecos esse cū luce que eos circūfundit. Unū reliquū est: vt hic aduersariū p̄ceptū dei intelligam⁹ qd aduersatur peccare volenti: h⁹ ꝛ datum est nobis ad hanc vitā vt sit nobiscū in via cui oportet nos consentire cito legēdo: p̄audiendo: deferēdo et culmē auctoritatis: vt qd aliquis intelligit non oderit pp̄ter hoc q̄ aduersat peccatis suis: sed magis diligat pp̄ter correctionem: Quod vero obscurū est oret vt intelligat. Hiero. sed ex p̄cedentibus manifestus est sensus quod dominus nos ad cōcordiā proximi cohortat: nā supra dictū est. Uade recon. fra. tuo. Chry. sup matth. Festinat enī dominus vt ad amicitiā festinem⁹ inimicorū nostrorū q̄diu viuimus in hac vita: sciēs q̄ periculosum est si vnus ex inimicis pace non facta mortuus fuerit. Si em̄ inimicātes per mortē ineritis ante iudicē tradet xp̄o: conuincens te reū iudicio eius. Tradet aūt te iudici etiā si te prius rogauerit: q̄ enim rogat pri⁹ inimicū reum facit eum ante deū. Hila. Uel aduersarius tradet vos iudici: q2 manēs l cū simultatis vestre ira vos arguit. Aug. Judicem intelligo xp̄m: pater em̄ oē iudiciū dedit filio. Ministrū aūt itelligo angelum. Et angeli inq̄t ministrabant ei: ꝛ cū angelis suis venturū credimus ad iudicandū. vnde sequitur. Et iudex tradat te ministro. Chry. Uel ministro. i. angelo penarū crudeli: et ille mittet te in carcerem gehenne. vnde sequitur. Et in carcerē mittaris. Aug. Carcerē autē intelligo penas videlz tenebrarū: ꝛ ne quis istum carcerē cōtemneret. Sequit. Amē dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. Hier. Quadrās gen⁹ nūmi est qd hz duo minuta: hoc est ergo. Non egredieris de carcere donec ēt minuta peccata psoluas. Aug. Aut enim pro eo positum est: q̄ nihil relinquitur im

Preceptū dei est aduersari⁹ nr̄.

Quadrātis valor.

puniti sient cū volum⁹ exprimere aliqd ita exactū vt nihil relinqueret dicim⁹ vsq ad fecē. Uel significant sub noie quādrātis nouissimi terre na peccata. Quarta em̄ pars elemē torū hui⁹ mūdi z ea nouissima terra inuenitur. In hoc autē q̄ dictuz est. Soluas: significatur pena eterna si cut positum est. Donec: vbi dictum est. Sede a dextris meis donec po naz inimicos tuos sub pedib⁹ tuis: non enim cū fuerint inimici sub pe dibus positi desinit regnare: ita et hic accipi potest Nō exies inde do nec solueris nouissimum quadrātē semper non exiturus: q2 soluet sem per nouissimum quadrātē dum sem piternas penas peccatorum terre norum luit. Chry. sup matth. Uel si quidem in hoc seculo si pacem fecis ses etiam grauissimi operis pote ris accipere indulgentiam: si aūt se mel condemnatus fueris missus in carcerē nō solū de grauibus pecca tis sed etiaz de verbo ocioso: quod potest significari per quadrātē: exi gentur a te supplicia. Hila. Quia enim charitas plurimū peccatorū tegit nouissimum pene quadrātē soluemus nisi precio ipsius culpa criminum redimatur. Chry. super Mattheum. Uel angustie hui⁹ mū di appellātur carcer: i quas plerū q peccātes mittūtur a deo. Chry. in ho. Uel loquitur hic de iudicib⁹ qui sunt in mūdo isto: z de via q̄ est ad hoc iudiciū: z de carcere isto: vt nō solū a futuris sed a presentibus auditorē inducat q̄ sunt an̄ oculos z magis ꝯsueuerūt mouere: sicut z paul⁹ dt. Si male feceris: time po testatē: nō em̄ sine cā gladiū portat.

¶ Audistis q2 dcm̄ ē ātiq̄s nō mechaberis. Ego aūt di co vobis: quia oīs q̄ viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā: iā mechat⁹ ē eā i corde suo.

¶ Augu. de ser. do. in mōte. Qz pōt aliquos per nomē simplicitatis ad quā p superiora induxerat decipe: vt sic putetur vitiosum eē aliqñ veruz occultare: quō vitiosum ē falsū dice re: recte subiūgit. Nolite sctm̄ dare canibus: neq̄ mittatis margaritas vestras añ porcos. Chry. super mat. Uel alr. Jusserat superi⁹ dñs dilige re inimicos z bñfacere his q peccāt in nos: ne ergo cogitarent sacerdo tes ēt q dei sunt eis cōicare: talē co gitationē cōpescuit dicēs. Nolite sā ctū dare canibus: ac si diceret: man dani vobis diligere inimicos et be nefacere eis de vestris corporalib⁹ bonis: non tamē de meis spirituali bus passim: qm̄ in natura vobiscum cōes sunt nō in fide: z deus carnalia beneficia dignis z idignis similiter pstat: nō autē gratias spūales. Aug. de ser. do. in mon. Querendum autē est qd sit sanctum: quid canes: quid

Prauitas qrū dam re talliat.

notula ghalis in euāgelijs.

Distinctio spiritualiū donorz et corporaliū.

margarite:qđ porci.Sanctū est qđ corrūpere nefas est:cuius sceleris volūtas rea tenet:q̄uis illđ incorruptibile maneat.Margarite aūt sunt q̄cūq3 spūalia magni estimāda sunt. Licet itaq3 vna eadēq3 res z sanctū z margarita dici possit.S3 sctm̄ dr ex eo q̄ nō d3 corrumpi margarita vero ex eo q̄ nō pōt cōtēni.Chry.sup mat.Uel aliter.Sanctū est sicut baptism⁹ grā corpis xp̄i:z hmōi.Mysteria aūt veritatis margarite sunt: q2 sicut margarite incluse conchis posite sunt in p̄fundū maris:sic mysteria diuina verbis inclusa posita sunt in altitudine sensus sacre scripture.Chry.in ho.Que quidem his q̄ bone mētis sūt:z itellectū habēt: reuelata honesta apparēt.his autē q̄ insensibiles sunt magis vident re uerēda:cū ignorantur.Aug.de ser. do.Canes aūt pro impugnatoribus veritatis:porcos p̄ cōtēptorib⁹ positos non incōgrue accipim⁹.Quapropter q2 canes exiliunt ad dilacerādū:qđ aūt dilacerāt integrū esse nō sinūt dixit.Nolite sanctū dare canib⁹:q2 q̄tū i ipsis est si fieri posset conant perimere vitatē.porci autē q̄uis non ita vt canes morsu appetant:passim tn̄ calcādo inquinant. Et ideo dicit.Neq3 mittatis margarit.ante porcos.Ra.Uel canes sunt ad vomitū reuersi:porci nondū conuersi:sed in luto vitiorum versati. Chryso.Uel aliter.Canis z porcus immunda animalia sunt:sed canis ex oī pte:q2 nec rumiat:nec vngulā findit.porc⁹ aūt ex parte:nā vngulā h3 fissam:sed non ruminat:propter qđ canes puto intelligendos gentiles oīno imūdos:z p̄pter act⁹ z p̄p fidē.porcos āt hereticos:q2 nomen dn̄i inuocare vident.Nō est ḡ sctm̄ dare canib⁹:q2 baptismus z alia sacramēta non sunt dāda nisi fidē habētibus.Item mysteria veritatis.i. margarite:nō sunt dāde:nisi desiderantibus veritatē:z cū rōne hūana viuentibus.Si enim porcis eas miseris.i.cenose vite delectatiōe gratatis:nō itelligerēt p̄ciositatē earū

allegoria pulchra.

sed estimant eas similes ceteris fabulis mundialib⁹:z eas actib⁹ suis carnalibus cōculcāt.Augu.de ser. do.Calcari eñ dr q̄cq̄d contēnit.Et ideo dr.Ne forte cōculcēt eas pedibus suis.Glo.Dicit aūt:ne forte q2 resipiscere pn̄t ab imundicia.Aug. Quod aūt sequit.Et conuersi dirrūpāt vos.Nō ait ipsas margaritas: illas eñ ꝯculcant.z cū ꝯuertunt vt adhuc aliqđ audiāt:dirumpat eum a quo missas margaritas cōculcant non eñ facile inueneris qđ ei gratum esse possit:qui magno labore inuenta contēnat.Qui ergo tales docent qūo nō dirrūpant indignādo z stomacādo h video.Chry.sup mat. Uel porci nō solū carnalib⁹ actib⁹ margaritas cōculcāt.sed etiam post modicū cōuersi p̄ inobedientiā rūpūt p̄bitores earū.Freqūēter aūt z scandalizati calūniant eos quasi dogmatū nouorū seminatores.Canes etiam cōculcantes sancta sordidis actibus:disputationib⁹ suis rūpūt p̄dicatorem veritatis.Chrys.in ho. z bene dixit.Cōuersi.Fingunt enim mansuetudinem vt adiscant:deinde cū didicerent detrahant.Chry.sup mat. Rōnabiliter autē margaritas dari porcis p̄hibuit:q2 si porcis minus immūdis mitti vetant q̄tomagis canib⁹ plus immūdis.De sctō aūt dādo idē estimare non possum⁹ q2 freq̄nter etiā b̄ndictionem dam⁹ peccatorē moreviuētib⁹ xp̄ianis:nō q2 merent accipere:sed ne forte plenius scandalizati dispereant.Augu. de ser.do.Cauendum est ergo ne qđ aperiat ei:qui nō capit.melius eñ querit id qđ clausum est q̄ id quod apertum est.aut infestat per odium vt canis:aut negligit p̄ cōtēptū:vt porcus.Non est autē consequēs:vt si verum occultatur:etiam falsum dicatur:quia dominus q̄uis nihil mētitus sit vera tamē aliqua occultauit:fm̄ illđ.Adhuc habeo vobis multa dicere que nō potestis portare modo.Sed si aliquis non capit p̄pter sordes mūdandus est vel verbo vel opere q̄tū fieri pōt a nobis.

doctrina xpi discretissima.

Qd ante dn̄s quedā dixisse inuenit que multi qui aderant vel resistēdo vel cōtēnēdo nō receperūt: nō putādus ē sctm̄ dedisse canib⁹: aut margaritas ante porcos misisse. Dedit em̄ eis qui capere poterāt: ⁊ simul aderāt quos ꝓpter aliorū immūdiciā negligi nō oportebat: ⁊ quāuis tētantes eū in ipsis que eis respondebat. cōtabescerent: alij tn̄ qui poterāt capere ex illorū occasiōe multa vtiliter audiebant. Qui ergo nouit qd respōdeat: debet r̄ndere saltē propter illos quib⁹ desperatio suborit: si ꝓpositā questionē solui nō posse crediderint: ⁊ hoc de reb⁹ ad instructionē salutis ptinentib⁹. De superuacuis aūt ⁊ noxijs nihil dicēdū est sꝫ hoc ipꝫ explicādū: cur inquirenti talia nō oporteat r̄ndere.

¶ Petite ⁊ dabit̄ vobis: q̄rite ⁊ inuenietis: pulsate et aperiet̄ vobis. Omis em̄ q̄ petit accipit: ⁊ q̄ querit inuenit ⁊ pulsanti aperietur.

¶ Hier. Quia carnalia supra vetuerat postulari: qd petere debeamus ostendit dicens. Petite ⁊ dabit̄ vobis. Augu. de sermo. do. Uel aliter. Cū preceptū esset ne sctm̄ daret̄ canibus: ⁊ ne margarite ante porcos mittantur potuit auditor sue ignorantie cōscius dicere: quid sanctuꝫ me dare canibus vetas: cum adhuc me habere nō videā? ⁊ ideo opportune subiecit dicēs. Petite ⁊ accipietis. Chry. sup mat. Ul' aliter. Qm̄ ad significandā orationē quedaꝫ dederat eis mandata dicens. Nolite iudicare: competenter adiūgit: Petite ⁊ dabit̄ vobis. Quasi dicat. Si hanc clemētiā seruaueritis ad inimicos: quicquid clausum vobis videtur: pulsate ⁊ aperiet̄ vobis. Petite ergo p̄cibus die ac nocte orantes: querite studio ⁊ labore. nec em̄ laborantes circa scripturas acquirim⁹ sciētiā sine gratia dei: nec gratiā acq̄rimus nisi studuerimus: ne donū dei negligentib⁹ det̄. Pulsate aūt oroīe ⁊ ieiunijs ⁊ elemosynis Sicut em̄ q̄ pulsat ostiū nō tm̄ voce clamat: sꝫ manu. sic ⁊ q̄ bona opa facit pulsat op ib⁹ bonis. Sꝫ dices? Hoc ipsum peto: vt sciam ⁊ faciam: quō ergo possum facere priusq̄ accipiam? Sed qd potes fac: vt amplius possis: ⁊ qd scis serua: vt amplius scias: Uel aliter. Cum dixisset supra oīb⁹ vt indulgerēt inimicis: ⁊ postea ꝓhibuerit ne sub obtentu dilectiōis sancta canib⁹ darēt: nūc dat eis bonū cōsiliū: vt petāt deū ꝓ illis: ⁊ dabit̄ eis: querāt eos q̄ pierāt in pctis ⁊ inueniēt. Pulsent eos q̄ in erroib⁹ sunt cōclusi: ⁊ aperiet eos de⁹ vt habeat sermo eorum ad animas eoꝝ ingressum. Uel aliter. Qm̄ maiora erāt mādata superius posita q̄ virt⁹ hūana: trāsmittit eū ad deū cui⁹ grē nihil impossibile ē dicens. Petite ⁊ dabitur vobis: vt qd ex hoībus cōsummari nō potest per gratiam dei adimpleatur. Cum enim alia animalia deus munierit veloci pedum cursu: aut velocibus pennis: aut vnguibus: aut dentibus: aut cornibus: hominē solum sic disposuit: vt virtus illius sit ipse: vt infirmitatis sue necessitate coactus semper necessariū habeat dominum suum. Glo. Petimus auteꝫ fide: querimus spe: pulsamus charitate. Primum petere debes vt habeas: post querere vt inuenias: inuēta obseruare vt introeas. Remigius. Uel aliter. Petimus orando: querimus recte viuendo: pulsamus perseuerādo. Aug. de ser. do. in mōte. Petitio aūt ptinet ad impetrandā sanitatē animi vt ea que p̄cipiūt implere possumus: inquisitio autē ad inueniendā veritatem. Sed cum quisq̄ veram viam inuenerit: perueniet ad ipsam possessionē que tm̄ pulsanti aperiet̄. Aug. in li. retracta. Operose quidem ista tria qd inter se differāt. sic exponēdū putaui: sed lōge meli⁹ ad instantissimā petitionē oia referunt̄: vnde postea concludit dicēs. Dabit bona petentibus se. Chry. in ho. Per h̄ ergo q̄ addi

Cōsiliū christi.

dit. Querite et pulsate. cum instātia multa et robore peti iussit. Qui enim querit: oia alia ꝓicit a mente: et ad illud solū afficit qđ q̄rit. q̄ aūt pulsat: cū vehemētia et feruida mente venit. Chry. sup matth. Quia vero dixerat. Petite et accipietis: ne forte petores audiētes dicerēt. Ad hoc dñs dignos hortat: nos aūt idigni sum⁹: ideo repetit vt tā iustis q̄ peccatorib⁹ misericordiā dei cōmēdet. Et iō dicit. Ōis qui petit accipit. i. siue iustus sit siue peccator: tm̄ petere nō dubitet: vt cōstet neminē sperni nisi q̄ petere dubitauit a deo. nō em̄ credibile est vt op⁹ pietatis qđ exhibetur bñfaciēdo inimicis de⁹ iniungat hoībus. ipse aūt nō faciat cū sit bonus. Aug. sup Joānē. Unde petores exaudit deus. Si enim peccatores nō audiret: frustra publicanus dixisset. Dñe ꝓpitius esto mihi petōri. et ex ista ꝯfessione meruit iustificationē. Aug. in lib. sniarum. pro spe. Fideliter aūt supplicās deo ꝓ necessitatibus huius vite et misericorditer audit et misericorditer nō audit. Quid ei ifirmo sit vtile magis nouit medic⁹ q̄ egrotus. Si aūt id postulat qđ de⁹ et p̄cipit et promittit fiet oīno qđ poscit: q2 accipiet charitas qđ petit ꝟitas. Aug. ad paulinū et hierasiā. Bon⁹ āt dñs q̄ nō tribuit sepe qđ volum⁹: vt qđ mallem⁹ attribuat. Aug. de ver. do. Perseuerātia ēt op⁹ ē: vt accipiam⁹ qđ petimus. Aug. de ser. dñi. Cū em̄ de⁹ aliqñ tardi⁹ dat: ꝯmēdat dona; non negat: diu desiderata dulci⁹ obtinent: cito aūt data vilescūt. Pete ergo et q̄re iusta. Petēdo em̄ et q̄rendo crescit appetit⁹ vt capias. Seruat tibi deus qđ non vult cito dare: vt tu discas magna magne desiderare: iō oportet semꝑ orare: et non deficere.

Duplex dei mia

¶ Aut q̄s est ex vobis homo quē si petierit fili⁹ panē: nūquid lapidē porriget ei. Aut si piscē petierit: nunq̄d serpētē porriget ei. Si ergo vos cū sitis mali: nostis bona data dare filijs vr̄is: quātomagis pater vester q̄ ī celis ē dabit bona petētib⁹ se.

¶ Aug. de ser. do. Sicut i supiorib⁹ egit đ volatilib⁹ celi et de lilijs agri: vt spes de miorib⁹ ad maiora cōsurgeret: ita et in hoc loco cū đt. Aut q̄s ex vobis hō. Chry. sup mat. Ne forte aliq̄s ꝯsiderās quāta ē dr̄ia inter deū et hoīem: et pōderās petā sua dū desperat ipetrare: nec icipiat petere patrū et filiorū siītudinē itroduxit: vt si ꝓpter petā nr̄a desperam⁹: propter paternā bonitatē desperem⁹. Chry. i ho. Duo āt opꝫ adesse orāti et petere vehemēter: et q̄ opꝫ petere. Hec āt sunt spūalia. etem̄ salomon: q2 petiit qđ petere oportebat: velociter accepit. Chry. sup matt. Que aūt petere opꝫ sub siītudine panis et piscis ostēdit. Panis em̄ est ꝟbum de notitia dei pris. Lapis ē oē mēdaciū qđ hꝫ scandalū offensiōis ad animā. Remi. Piscē autē possumus intelligere ꝟbū de xp̄o: serpētē autē ip̄m diabolū. vel per panē intelligitur doctrina spūalis: per lapidem ignorantia: ꝑ piscē vnda baptismatis sacri: ꝑ serpentē astutia diaboli siue infidelitas. Raba. Uel panis q̄ est cōmunis cibus: charitatē significat: sine qua alie virtutes nihil valent. Piscis significat fidē q̄ ex aqua baptismatis orta est: et in mediis fluctibus hui⁹ vite pulsat et tm̄ viuit. Lucas aūt addidit tertiū. s. ouū qđ est spes alalis: vnde spē significat. Contra charitatē ponit lapidem. i. odij duritiā: ꝯtra fidē serpētē. i. pfidie venenū: ꝯtra spē scorpionē. i. desperationē q̄ retro pūgit sicut scorpio. Remi. Est ergo sensus. Non est timendū q̄ si petamus a deo patre panē: doctrinā vel charitatē q̄ porrigat lapidem. i. q̄ ꝑmittat cor nr̄m constringi aut frigore odiorum aut duritia mētis. vel q̄ si petierim⁹ fidem ipse nos permittat perire veneno infidelitatis: vnde sequit. Si

Duo oranti necessaria.

ergo vos cum sitis mali. Chrys. in ho. Hec aūt dixit nō detrahēs hūane nature: neq̧ malū cōfitens oē genus humanū: sʒ ad differentiā bonitatis sue dilectionē paternam malitiam vocans: tanta est superabundantia amoris ipsius ad homines. Quia quanto ad comparationē dei qui solus singulariter bon⁹ est omnes mali videnī: sicut ad cōparationē solis omne lucidū vr̄ obscurum. Hier. Uel supra apostolorū positiōe omne hominū genus dānatur cui⁹ ab infantia cor ad malū appositum est: vt in genesi legitur. nec mirum homines huius seculi dici malos cum ꝛ apostolus memoret: quoniaʒ dies mali sunt. Augu. de ser. do. Uel malos appellauit huius seculi dilectores. vnde et bona que dāt: scdm eorum sensum bona dicenda sunt: quia hoc pro bonis habent: quāq̄ ꝛ in rerum natura ista bona sint. s. temporalia. Et ad istā vitā infirmā pertinentia. Aug. de ser. do. Bonū enim qđ facit bonos: de⁹ est. Aurū autē ꝛ argentū bonū est: nō ꝙ te faciat bonū: sed vñ facias bonum. Mali ergo cū sim⁹: ꝛ bonū patrē habeamus nō semꝑ mali remaneamus. Augu. de ser. do. Si ergo cū simus mali: nouimus id dare qđ petim⁹: q̄to magis sperādū est daturū deū nobis bona petentib⁹? Chrys. sup mat. Qm̄ autēʒ nō oia petentibus prestat: sed bona tantummō: ideo cōueniēter addidit bona. Glo. A deo enim non nisi bona percipimus qualiacunq̧ nobis videantur: omnia enim dilectis in bonum cooperantur. Remi. Et sciēdum ꝙ vbi mattheus sic dicit. Dabit bona. Lucas dicit. Dabit spiritū bonū: sed debet videri contrariū q: cuncta bona que homo a deo accipit: ꝑ gratiā spiritussancti dātur.

omnia dei dōna sunt optia.

¶ Omnia ergo q̄cūq̧ vultis vt faciāt vobis hoīes: et vos facite illis. Hec est enim lex ꝛ prophete.

¶ Augu. de ser. do. Firmitas quedā et valentia ambulandi per sapiētie viā in bonis moribus constituta est quibus ꝑducunī hoīes vsq̧ ad mūdationē et simplicitatem cordis: de qua iam diu loquens ita concludit. Oia quecūq̧ vultis. Nemo eniʒ est q̄ velit queq̄ duplici corde secū agere. Chrys. sup matth. Uel aliter. Supra ꝑpter sanctificandā orōnē mādauit: vt nō iudicēt hoīes eos q̄ peccant in ipos. Et q: ab ordine narrationis sue recedēs introduxit aliqđā nunc ad mādatū qđ ceperat rediēs ait. Oia q̄cūq̧ vultis. i. nō solū mādo nolite iudicare: sʒ et oia quecūq̧ vultis vt faciāt vobis hoīes: ꝛ vos facite eis: ꝛ tūc impetrabiliter poteritis orare. Gl. Uel aliter. Omniū bonoꝝ spūalium distributor est spūssanctus vt opera charitatis impleantur. vnde subdit. Oia ergo ꝛc. Chrys. in ho. vel aliter. vult dñs demōstrare: qm̄ oportet hoīes ꝛ superi⁹ inq̄rere auxiliū: ꝛ q̄ a seipsis sunt simul inferre. vñ cū dixisset. Petite: q̄rite: et pulsate: docet aperte ipsos hoīes studiosos esse. et ideo subdit. Oia q̄cūq̧. Aug. de ver. do. Uel aliter. Promiserat se domin⁹ petentibus bona largiturum. Ut autem ille agnoscat mēdicos suos agnoscamus et nos nostros. Excepta enim substantia facultatū tales sunt qui petūt quales a quibus petūt. Quā frontem habes petendi ad deū tuū qui non agnoscis patreʒ tuū? Hinc est quod in prouerbio dicitur. Qui obturat aurē suā ad clamorem pauperis: et ipse clamabit: ꝛ non exaudietur. Quid autē petenti proximo debeamus impendere: vt ꝛ ipsi audiamur a deo. ex hoc ꝯsiderare possumus quod ab alijs volum⁹ nobis impēdi. Et ideo dixit. Omnia ergo quecunq̧ vultis ꝛc. Chrys. in home. Nō simpliciter dicit omnia: sed addidit. Ergo: quasi dicat. Si vultis audiri cum illis que dixi ꝛ hec facite. Non autem dixit. Quecunq̧ vis effici tibi a deo hec fac ad proximū: vt nō discas qualiter hoc est possibile: sʒ ait. Quecunq̧ volueris effi

Moralis doctrina

ci tibi a cōseruo: hec ꝛ circa ꝓximū ostende. Augu. de ser. do. Quidā latini codices habent additum bona: quod additū puto ad manifestatione sñie. Occurrebat eñ ꝙ si qsꝙ flagitiose aliquid erga se fieri velit: et ad hoc referat istā sententiā: vt hoc ꝓ illi faciat a quo sibi fieri cupit: ridiculū est hūc putare istā impleſſe sententiā: intelligendum est autē perfectā eē sñiam ēt si hoc nō addatur. Qđ eñ dictū est. Oia quecunqꝫ vultis: nō vsitate ac passim: sꝫ ꝓprie dictū accipi opꝫ. Voluntas nāꝙ nō est nisi i bōis nā i malis cupiditas proprie dr: nō volūtas: nō qꝛ sic semper loquētur scripture: sed vbi opꝫ ibi omnino ꝓpriū verbum tenent vt non aliud intelligatur. Cypri. de oratione dñica. Cū autē dei verbū dñs iesus christus omnibꝰ venerit: preceptorū suorū fecit grande compendium cū dixit. Quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines ꝛ vos ita cite eis. vñ subdit. Hec est eñ lex et prophete. Chry. sup matt. Nā quecunqꝫ lex ꝛ prophete sparsim in omnibus preceperūt scripturis in hoc cōpendiose cōtinentur mādato: ꝗsi innumerabiles arborū rami in vna radice. Grego. x. mora. Qui eñ cogitat vt ea alteri faciat: q̄ ipse sibi ab altero fieri expectat: pēsat nimirū vt malis bona: ꝛ bonis meliora reddat. Chryſ. in ho. vnde manifestum est etiā quoniam ex nobis que deceant omnes scimus: ꝛ non est possibile ad ignorantiam refugere. Augu. de ser. do. Videtur aūt hoc preceptum ad dilectionē proximi pertinere: non autē ad dei cū in alio loco duo esse ꝑcepta dicat: in qbꝰ lex pendet ꝛ prophete. cū aūt hic nō addit tota lex qđ ibi addidit seruauit locū alteri ꝑcepto qđ est de dilectione dei. Aug. octauo de tri. Vel aliter. iō scriptura tm̄ dilectionē ꝓximi ꝯmemorat cū dicit. Oia quecūqꝫ vultis. qꝛ q̄ ꝓximū diligit. cōsequēs est: vt ꝛ ipsam ꝑcipue dilectionē diligat. deus autē dilectio est. Consequēs ē ergo vt ꝑcipue diligat deū.

Cōpendiū euāgelij.

¶ Intrate per angustā portam: qꝛ lata porta ꝛ spatiosa via est que ducit ad ꝑditionē: ꝛ multi sunt q̄ intrāt per eā. Quā angusta porta ꝛ arta via est que ducit ad vitā: et pauci sunt q̄ inueniūt eā.

¶ Aug. de ſ. do. i mō. Admonuerat superiꝰ dñs ad hñdū cor simplex et mūdū: in q̄ q̄rit deꝰ: sꝫ qꝛ hoc paucorū est: iā icipit de inuestigāda sapiētia loq: cui inuestigāde ꝛ cōtēplāde talis oculus ꝑ oia supiora ꝑductus est quo videri iā possit arta via ꝛ angusta porta: vñ subdit. Intrate ꝑ angustā portā. Gl. Vel alr. Et si difficile sit vt aliis facias qđ tibi vis fieri: tñ sic faciēdū est vt intremꝰ ꝑ angustā portā. Chry. sup mat. Vł alr. Tertia hec ꝯueniētia ad iustitiā ieiunii ꝑtinet vt sit ordo narrationis talis. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū: ꝛ postea sequatr. Intrate ꝑ angustam portā. Precipue eñ tres sunt naturales passiōes ꝛ itime carnis: prio esca ꝛ potꝰ: deide amor viri ad mulierē: tertio loco somnꝰ: ꝛ iō grauiꝰ ē eas a natura carnali ꝑcidere ꝙ ceteras passiōes. Et iō nulliꝰ passiōis abstinētia sic scificat corpꝰ: sicut ꝙ hō sit castꝰ ieiunꝰ ꝛ i vigiliis ꝑseuerās. ꝗ pp oēs has iustitias: ꝛ ꝑcipue pp laboriosissimū ieiunium dr. Intrate ꝑ āgustā portā. Porta ꝑditiōis ē diabolꝰ: ꝑ quē itroitr i gehēnā. Porta vite xp̄s: ꝑ quē itroitr in regna celestia. Lata āt porta dr eē diabolꝰ nō magnitudie ꝑtātis extē sus: sꝫ effrenate suꝑbie lnia dilatatꝰ. Porta āt āgusta dr xp̄s nō ꝑ nitate potestatis exiguꝰ: sꝫ hūilitatis rōne collectꝰ: qꝛ quē totꝰ nō capit mūdꝰ seipm̄ itra āgustias vteri ꝟginalis iclusit. Via aūt ꝑditiōis ē ois iniqtas. Dr aūt spatiosa qꝛ nō est intra regulam discipline inclusa: et ambulantes in ea quicquid eos delectauerit hoc sequuntur. Via autem vite dicitur esse omnis iustitia: et

Tres sūt passiōes ꝑcipue.

propter ɔtrarias cās esse arta. Cōsiderandū aūt q̄ nisi q̄s ambulauerit p viā nō pōt puenire ad portaȝ. Qui eñ non ambulāt p viā iustitie īpossibile est vt v̄e xp̄m cognoscāt. Silr̄ nec incurrit in manus diaboli nisi q̄ in via ambulat pctōꝝ. Gre. sup ezechielem. Quāuis autē charitas sit lata: tñ per angusta et ardua hoīes ducit a terra. Satis angustuȝ est oīa pretermittere: vnū solū diligere: prospera non ambire: aduersa nō timere. Chry. in ho. Sȝ cū postea dicat. Jugū meuȝ suaue ēst et onus meū leue: q̄lr̄ hic angustā esse viam ait ⁊ artā: sed ⁊ hic mōstrat eā leueȝ esse ⁊ suauē: qm̄ via est ⁊ porta est sicut et altera q̄ lata ⁊ spatiosa dicit: ipsa via ⁊ porta est: horū autē nihil māsurū est: sed oīa ptrāseūt. Trāsire aūt labores ⁊ sudores ⁊ in bonū finē deuenire. s. in vitā sufficiens est mitigare eos q̄ agones patiuntur. Si eñ tēpestates nautis: ⁊ vulnera militib⁹ leuia sunt ꝑpter spē p̄mioꝝ percēptiū: multomagis cū celum p̄iacēs fuerit et immortalia p̄mia: nullū aliq̄s sentiet iminētiū piculorū. Sȝ ⁊ hoc. i. āgustā vocare: maxie ad faciēdū eā leuē ɔferebat. Uigilare eñ eos p̄parebat: hoc eñ dn̄s dicit erigēs nr̄m desideriū. Qui eñ i agone certat cū viderit p̄ncipē admirāteȝ labores agonū animosior fit. Ne igr̄ mesti sim⁹ cū multa nobis hic ɔtigerint tristia: q̄ arta est via: sed nō ciuitas. Jō neq̧ hic q̄etē opȝ expectare neq̧ ibi triste aliq̄d p̄stolari. Dicēs aūt: qm̄ pauci sunt q̄ inueniūt eā: rursus hic multorū desidiā significauit: ⁊ audientes erudiuit nō multoꝝ ꝓsperitatib⁹ attēdere: sed paucorū laboribus. Hier. Significāter igr̄ de vtraq̧ via locut⁹ dixit: q̄ p latā ml'ti ābulāt: angustā pauci ineniūt latā eñ nō q̄rim⁹: nec inētiōe op⁹ est. spōte se offert: et errātiū via est. angustā v̄o nec oēs iueniūt: nec q̄ iuenerit: statim ingrediunt p eā. Siquidē multi inuenta veritatis via: capti voluptatibus seculi de medio itinere reuertuntur.

¶ Attēdite a falsis ꝓphetis q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouiū: itrisec⁹ āt sunt lupi rapaces. A fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Nūq̄d colligūt d̄ spinis vuas: aut de tribulis fic⁹? Sic oīs arbor bōa fruct⁹ bonos facit mala āt arbor malos fruct⁹ facit. Non pt āt arbor mala bonos fruct⁹ facere neq̧ arbor bōa malos fruct⁹ facere. Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū ecciděť ⁊ in ignē mitteť. Igiť ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos.

¶ Chry. sup matth. Supra mādauerat aplis dn̄s: ne eleemosynas orōnes ⁊ iejunia corā hoīb⁹ sicut hy. faciant: ⁊ iō ad cognoscēdū: q̄ hec oīa in hypocrisi fieri pñt loquiť dicēs. Attēdite a falsis ꝓphis. Aug. de s. do. Uel alr̄. Cū dixisset dn̄s paucos esse q̄ inueniūt angustā portā et artā viā: ne heretici qui plerūq̧ se sub noīe paucitatis cōmendāt: se nobis supponāt: statiȝ subiicit dicēs. Attēdite a falsis prophetis. Chry. in ho. Uel aliter. Q̄ dictū est q̄ angusta est porta: sed ⁊ multi sunt qui puertūt eam q̄ illuc fert viā: ideoq̧ induxit. Attēdite a falsis prophetis. In quo vt maiorē sollicitudinē habeāt mōmuit eorū q̄ in patribus eorū facta sunt: falsos ꝓphas vocans: etenim tūc talia contigerūt. Chry. sup mat. Q̄d aūt scriptū est infra. Q̄ lex ⁊ ꝓphete vsq̧ ad ioannē d̄r. q̄ prophetia de xp̄o nō erat futura post eum. Prophete aūt ⁊ fuerūt ⁊ sunt: sȝ nō qui ꝓphetarēt de xp̄o: sȝ qui interpretarentur ea que de xp̄o ab antiquis fuerāt prophetata. i. doctores ecclesiarum. nec eñ pōt quis ꝓphēticos interpretari sensus: nisi p sp̄m prophetic. Sciēs ergo domin⁹ futuros esse falsos doctores heresuȝ diuersarū admonet dicēs. Attēdite

Cōcordia euāgelij.

a falsis pphetis. Quia eñ nō erant futuri manifesti gētiles: sꝫ abscōditi sub nomine xp̄iano nō dixit. Aspicite: sed attendite. vbi eñ res certa est aspicit. i. simpl'r vr. vbi aūt incerta: attēditur. i. caute cōsiderat. Itē dicit attendite. qꝛ firma tutela salutis est scire quē fugias. Non autem sic admonet. Attēdite. quasi inuito deo diabolus hereses introducat: sꝫ eo pmittēte: qꝛ eñ nō sine iudicio vult seruos suos hr̄e: iō misit tētationē: qꝛ ꝯo nō vult eos p ignorātiā perire. ideo p̄monet. Ne aūt aliquis hereticus doctor dicat qꝛ non dixit vos falsos pphas: sed gētiliū ⁊ iudeorū doctores. ideo addidit dicēs. Qui ve. ad vos in vesti. ouium. Oues eñ xp̄iani dr̄. vestimētū aūt ouile est spēs xp̄ianitatis ⁊ simulate religiōis. nulla aūt res sic exterminat bonū sicut simulatio. Nam malū sub specie boni celatū: dū nō cognoscit nō cauetur. Et ne instās dicat hereticꝰ: qꝛ de veris doctoribus loquit: q̄ tñ pctōres sunt: ideo addit. Intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Catholici aūt doctores et si fuerint peccatores: serui quidē carnis dicūt: nō tñ lupi rapaces: qꝛ nō habent propositū perdere christianos. Manifeste ergo de hereticis doctoribꝰ dicit: qꝛ eo pposito spēm xp̄ianorū suscipiunt: vt christianos iniquo seductiōis morsu dilanient: de quibus dixit apostolus. Scio qꝛ post discessum meū intrabūt in vos lupi graues: non parcentes gregi. Chry. in ho. Sed tamē videtur falsos pphetas hic non hereticos insinuare: sed eos quidē qui vite sunt corrupte: sed facie quidem virtutis induuntur: quia induxit. A fructibus eorum cognoscetis eos. Apud hereticos enim est multotiēs ⁊ vitā inuenire: apud hos autem quos dixi nequaq̄. Augu. de ser. do. Unde rectissime queritur: quos fructus nos attendere voluerit: multi enim quedam in fructibus deputant: que ad vestitum ouium pertinēt: et hoc modo de lupis decipiuntur: secuti enim sunt vel ieiunia: vel eleemosynas: vel orationes que pretendunt hoībus placere cupientes eis quibus ista difficilia videntur. Hi ergo non sunt fructus de quibus cognosci istos monet. Ista enim que cum bono animo fiūt: sunt proprie ouibus vestes. cū autē malo in errore non aliud q̄ lupos tegunt: sed nō ideo debēt oues odisse vestimentum suū quod plerūq₃ illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructꝰ q̄bꝰ cognoscamus arborē malam? dicit apostolus. Manifesta sunt opa carnis que sunt fornicatio: immūditie. Qui vero sunt fructus quibꝰ cognoscamus arborem bonā: idē apostolus ostendit dicens. Fructus autē spiritus sunt charitas: gaudiū: pax. Chryso. super mat. Fructus etiam eius ouis est confessio eius fidei. q̄ enim fm deū vocem humilitatis et vere confessionis emittit ouis est: q̄ aūt ꝯtra veritatē blasphemijs vlulat contra deū: lupus est. Hiero. Et sic ergo pōt de ouibus intelligi qđ hic de falsis pphetis d̄: qui aliud habitu ac sermone pmittūt: aliud opere demōstrāt: spāliter de hereticis intelligendū videt: qui vident ꝯtinentia ac ieiunio quasi q̄dā pietatis veste se circundare. intrinsecꝰ autem habentes animū venenatū simpliciorū fratrū corda decipiunt. Aug. de s. do. in mō. sꝫ ex opibꝰ ꝯiici pt vtrū exteriorē cultū ābitiōe aliq̄ faciāt. cū ei cepint aliq̄bꝰ tētatiōibꝰ ea ip̄a vl' subtrahi vel negari q̄ isto velamine vl' ꝯsecuti sunt vl' ꝯseq̄ cupierūt: tūc necesse ē vt appeat vtrū lupꝰ i ouina pelle sit an ouis in sua. Greg. xxxi. mora. hypocrita ēt sctē ecclie pace pmit: iccirco añ oculos nr̄os religiōe vestit: si q̄ ꝯo fidei tētatio erūpat stati lupi mēs rabida habitu se ouine pellis expoliat: q̄ tūq₃ cōtra bonos seuiat: persequēs demōstrat. Chry. in ho. facile etiā hypocrite capiūtur: via enim quam iussi sunt ambulare laboriosa est. hypocrita autem laborare non vtiq̄ eliget. Deinde vt non dicas: q̄ñ

Opera prou rū discretio.

possibile é cognoscere tales: rursuz rõ nẽ ab hũano exẽplo põit dicẽs. Nũ qd colligent de spinis vuas: aut de tribul; fic⁹. Chry. sup mat. Uua ĩ se
Allegorice⁹ intellectus. mysteriũ xpi hz: sicut. n. botr⁹ multa in se grana ligno mediãte suspẽditsic ꝛ xp̃s multos sibi fideles p lignũ crucis tz adfictos. Fic⁹ aũt ẽ eccl'ia: q̃ mltos fideles tz dulci quodã charitatis ãplexu: sicut fic⁹ multa grana vno tegmĩe tz iclusa. Sũt ğ fic⁹ signa hec charitatis qdẽ i dulcedine: vnitatis aũt in cõiunctione granorũ. In vua aũt patiẽte qdem signũ ẽ: qꝛ in torcular mittit. gaudij aũt: qꝛ vinũ letificat cor hois. synceritat; : qꝛ nõ ẽ aq̃ ꝯmixtũ: suauitatis aũt in delectatiõẽ. Spine ãt ꝛ tribuli sunt heretici. sicut ğ spia vl' tribul⁹ ex q̃cũqꝫ pte hz aculeos: sic ꝛ seruos diaboli ex q̃cũqꝫ pte ꝯsideraueris: iniq̃tatis pleni sunt. Nõ psit ğ hmõi spie ꝛ tribuli eccl'iasticos fruct⁹ pferre. Qꝛ ãt ꝯticul'r sub silẽtũdie fic⁹ ꝛ vitis spie ꝛ tribulis dixerat oñdit gñr vl'r eẽ verũ cũ dicit. Sic ois arbor bona fruct⁹ bonos facit: mala autẽ arbor fruct⁹ malos facit. Augu. de ser. do. In hoc aũt loco illorũ error cauend⁹ est qui de duab⁹ arborib⁹ duas naturas opinant esse: quarũ vna sit dei altera vero nõ. Non autem eos adiuuare duas istas arbores dicẽdũ est: qꝛ de hominib⁹ eũ dicere planũ est: si q̃s precedentia ꝛ cõsequentia legerit. Augu. xij. de ciui. dei. Nominib⁹ autẽ predictis ipse nature displicent non eas cõsiderãtibus fm vtilitatẽ suã: nõ aũt ex cõmodo vl' incommõ ꝯrõ: sed p seipsam ꝯsiderata natura dat artifici suo gl'iam. Nature igit oẽs qm̃ sunt ꝛ ideo hñt modũ suũ: spẽm suã: ꝛ q̃dã secũ pacẽ suã profecto bone sunt Chry. in ho. Ut aũt null⁹ dicat qm̃ mala arbor fert qdẽ fruct⁹ malos fert aũt ꝛ bonos: ꝛ sic difficilis sit cognitio duplici pbatione exñteriõ subiũgit. Nõ potest arbor bona fructus malos facere: neqꝫ arbor mala fructus bonos facere. Aug. de ser. do. Ex hoc vbo pu

tãt manichei neqꝫ aiam malã fieri posse: vt i meli⁹ ꝯmutet: neqꝫ bonã in deteri⁹ q̃si dictũ sit. Non põt arbor bona mala fieri neqꝫ mala bona fieri: sz ita dictũ est. Nõ põt arbor bona fruct⁹ malos facere nec econuerso. Arbor q̃pe est ipsa aia. i. ipse hõ fruct⁹ vo opa hois. Nõ ergo potest mal⁹ hõ bona opari: neqꝫ bon⁹ mala. Ergo si vult mal⁹ bona opari p̃us bonus fiat. Quãdiu autẽ q̃sqꝫ mal⁹ est nõ põt facere fruct⁹ bonos. Sicut. n. p̃t fieri vt qd fuit nix nõ sit: nõ aũt vt nix sit calida: sic põt fieri vt q̃ mal⁹ fuit: nõ sit malus: nõ tñ fieri põt vt mal⁹ bñ faciat: qꝛ et si aliqñ vtilis est: non hoc ipse facit sed fit de illo diuina prouidentia procurante. Raba. Homo autem ipse arbor bona vel mala dr ppter volũtatem bonam vel malam. Fructus autem sunt opera que nec bona male volũtatis esse possunt: nec mala bone voluntatis. Augusti. contra Julia. Sicut autem manifestum est ex voluntate mala tanq̃ ex arbore mala fructus eius fieri omnia opera mala: sic ipsam voluntatem malam. vnde dices esse exortam nisi quia voluntas mala angeli ex angelo: ex homine homines orta est. Quid autem erant hec duo anteq̃ in eis ista mala orirentur: nisi bonum opus dei et bona atqꝫ laudanda natura. Ecce ergo ex bono oritur malum nec fuit omnino vnde oriri possit nisi ex bono ipsam dico voluntatem malam: quoniam nullum malum precessit non opera mala: que non sunt nisi ex voluntate: tanq̃ ex arbore mala: nec ideo tanq̃ ex bono potuit oriri voluntas mala quia bonum factum est a bono deo. sed quia de nihilo factũ est nõ de deo. Hiero. queramus autem ab hereticis qui duas in se cõtrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum arbor bona malos fructus facere non potest quomodo moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis: petrus quoqꝫ in passione dñm ne

Manicheorũ error retũditur.

ganerit dicēs. Nescio hoiem? Aut qua ꝯnia socer moysi arbor mala q̄ in deū isrł nō credebat: dedit cōsiliū bonum? Chry. in home. Qr vero punire nō infferat falsos ꝓphetas iō terret eos ſm penam q̄ est a deo dicēs. Ois arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet et in ignē mittet. qb⁹ verbis et iudeos insinuare vr: iōq̄ verborū ioānis baptiste meminit: p eadē verba penā eis subscribēs. Etem̄ ⁊ ille hoc dixit ad iudeos: securim ⁊ arborē incisam: et ignē inextinguibilē cōmemorās. Siqs autē diligenter inuestigabit due pene sunt: ⁊ excidit: ⁊ cōburi. q̄ em̄ cōburitur et a regno excidit oino: q̄ pena difficilior est multi aūt gehennam. solum abhorrent. Ego autem casum illius glorie multo amariorem penaꝫ gehenna esse dico. Quod em̄ paruum vel magnum malū non susciperet pater: vt videat ⁊ potiatur dulcissimo filio? hoc itaq̄ in glia illa putemus. nō em̄ aliqs filius ita suauis est patri: vt illoꝝ bonoꝝ requies dissolui ⁊ esse cū xp̄o. intolerabilis quidē pena est gehenna. sed siquis decē mille ponat gehennas: nihil tale dicet quale est a btā glia illa excidere ⁊ odio hr̄i a xp̄o. Glo. Ex premissa aūt silitudine cōcludit qd̄ supra iam dixerat quasi manifestum dicens. Igitur ex fructib⁹ eorum cognoscetis eos.

Nota: opinio nō chrysosto mi.

¶ Nō ois q̄ dicit mihi: dn̄e dn̄e itrabit i regnū celoꝝ: sꝫ q̄ facit volūtatē pr̄is mei q̄ i celis ē: ipē itrabit i regnū celoꝝ. Multi dicēt mihi in illa die: dn̄e nōne i noie tuo ꝓphetauim⁹: ⁊ in noie tuo demonia eiecim⁹: ⁊ in noie tuo virtutes multas fecim⁹? et tūc cōfitebor illis: qr nunq̄ noui vos. Discedite a me oēs qui opamini iniqtatē.

¶ Hiero. Sicut .ſ. dixerat eos qui hn̄t vestē bone vite nō recipiēdos ꝓpř dogmatū nequitiā: ita nūc ecōtrario asserit: nec his qdē accōmodandā fidē: q̄ cū polleāt integritate doctrie malis opib⁹ destruūt. vtrūq̄ ei dei seruis necessariū ē: vt ⁊ opus sermone: ⁊ sermo opib⁹ ꝯprobet: et iō dt. Nō ois q̄ dt mihi: dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ. Chry. in ho. Ubi iudeos maxie tāg̃re vr̄ i dogmatibus oia ponētes: vn̄ ⁊ paulus eos icusat dicēs. Si āt tu iude⁹ cognominaris et requiescis in lege ⁊c. Chry. sup mat. Uel alr̄. qm̄ falsos ꝓphetas ⁊ veros ex fructib⁹ eorum docuit discernēdos: hic iā manifestī⁹ docet q̄ sunt fruct⁹ qb⁹ discernunt ꝓbi doctores ⁊ reprobi. Aug. de ser. do. Cauēdū em̄ est in ipo xp̄i noie ab hereticis vł qbuslibet male intelligētib⁹: ⁊ seculi hui⁹ amatorib⁹ ne decipiamur: ⁊ ideo dicit. Nō ois q̄ dicit mihi dn̄e dn̄e ⁊c. Sꝫ merito pōt mouere qūo huic snie cōueniat illud apł. Nemo pōt dicere dn̄m iesuꝫ nisi in spūsctō. Non em̄ possumus dicere illos q̄ non intrant in regnū celoꝝ hr̄e spm̄sctm̄. Sed apłs ꝓprie posuit hoc verbū. Dicit: vt significet voluntatem atq̄ intellectum dicentis. Ille em̄ ꝓprie dicit: qui volūtatē ac mentē suā sono vocis enunciat. dn̄s autē gnalr̄ hic posuit verbū dicēdi. vr̄ em̄ etiā ille dicere: qui nec vult nec intelligit qd̄ dicit. Hiero. Moris est enim scripturarum dicta ꝓ factis accipe: ſm quē sensum dicit apłs. Confitētur se scire deum: factis aūt negāt. Ambro. Oē etiā verū a quocūq̄ dicat: a spūsctō est. Augu. de ser. do. Non ḡ putem⁹ ad illos fruct⁹ de qbus supra dixerat ꝑtinere: siqs domino nr̄o dicat. Dn̄e dn̄e. ⁊ ex eo nobis arbor bona videat: sed illi sunt fructus: facere voluntatem dei. vn̄ sequit. Sed q̄ fa. vo. pa. mei q̄ in celis est: ipē intra. in re. ce. Hila. Celestis em̄ regni iter obedientia volūtatis dei: nō nuncupatio reptura est. Chry. sup mat. Que autē est volūtas dei ipē dn̄s docet. Hec est inquit

Questio euāgelica tractatur.

quit volũtas ei⁹ q̃ misit me: vt ois q̃ videt filiũ: ⁊ credit in eũ: habeat vitã eternã. Credulitatis aũt ꝟbuz ⁊ ad ꝯfessionē respicit: ⁊ ad actum qui ḡ nõ cõfitet̃ aut nõ cõuersat̃ ẜ3 verbũ xp̃i: nõ intrabit in regnũ celorum. Chry. in ho. Non autē dixit Qui facit volũtatem meã: sed pr̃is qm̃ interim cõueniēs erat pri⁹ hoc suscipi ad imbecillitatē eoꝝ: sed et ꝑ hoc illud oculte isinuauit. non est eñ alia voluntas filij q̃ q̃ est pr̃is. Augu. de ser. do. Illud aũt ad rē pertinet: ne decipiamur: non solũ noĩe xp̃i per eos q̃ nomē hñt: ⁊ facta nõ agunt: sed etiã q̃busdam factis atq̃ miraculis: qualia ꝓpter infideles cuz fecerit dñs monuit tñ ne talib⁹ decipiamur: arbitrantes ibi esse inuisibilē sapientiã: vbi miraculũ visibile videmus: vñ adiũgit ⁊ dicit. Multi dicēt mihi in illa die. Chry. in ho. Uides qualr̃ latēter iã seip̃m introducit. Quia eñ oēm cõpleuit sermonē: mõstrat seip̃m iudicē esse. Que eñ pena expectat eos q̃ peccãt: iã añ mõstrauit. Quis autē est q̃ punit: hoc iã reuelat dicēs. Multi dicent mihi in illa die. Chry. sup mat. Qñ. s. venerit in maiestate patris sui: qñ iã nemo ausus est garrula ꝯtentione sermonũ: aut mendaciũ defendere: aut ꝯdicere veritati: qñ opa singl'oꝝ loquent̃: ⁊ ora tacebũt nec alter ꝑ alterõ interuenit: sed singuli ibi timebũt. In illo eñ iudicio nõ erũt testes adulatores hoies: sed angeli veraces: iudex aũt dñs iustus: vñ ꝓprie timentiũ hoim ⁊ angustia patientiũ vocē expressit dicēs. Dñe dñe. Nõ eñ semel sufficit illi dicere dñe: quem necessitas timoris astringit. Hila. Gloriã aũt sibi ex verbi intentione presumunt in doctrine prophetia ⁊ demonioꝝ fuga ⁊ operũ virtutib⁹ atq̃ hic sibi regnũ celoꝝ pollicent̃ dicētes. Nõne in noie tuo ꝓphetauimus? Chry. in ho. Sed sunt q̃dã q̃ dicũt qm̃ mētiētes hi hoc dixerũt iõ saluati nõ sunt: s3 nõ auderēt iudice p̃nte ad ip̃m hoc dicere. Sed ⁊ ip̃a rñsio ⁊ interrogatio ostēdit eos talia fecisse. Q: ei hij mirabiles erãt apud oēs miracula facientes: illic aũt vidēt seip̃os punitos admirantes dicũt. Dñe nõne in noie tuo ⁊c. Quidã ãt dicũt qm̃ nõ in tp̃e in quo hic miracula faciebant iniqua agebãt: s3 postea. Sed si hoc erit rursus q̃d domin⁹ volebat mõstrare: nõ cõstat q̄. s. neq̃ fides: neq̃ miracula valēt: bona vita nõ existēte: q̃d et paulus dicit. Si habuero fidē vt montes trãsferã: charitatem autē nõ habuero: nihil sum. Chrys. super mat. Sed ꝯsidera: q: in noie dicũt: non in spũ. ꝓphetãt eñ in noie xp̃i: sed in spiritu diaboli: quales sũt diuinatores. Sed sic discernuntur qm̃ diabolus interdũ falsa dicit: spũssctũs nũq̃: ꝯcessum est autē et diabolo interdũ vera dicere: vt mendaciũ suuz rara veritate ꝯmēdet̃. Demonia autez eijciũt in noie xp̃i hñtes sp̃m inimici: magis aũt non eijciũt: sed eijcere videnẗ colludentib⁹ sibi demonib⁹. faciunt et virtutes. i. miracula: non vtilia ⁊ necessaria: sed inutilia ⁊ vacua. Aug. de ser. do. Legãt eñ quanta fecerint resistentes moysi magi egyptioꝝ. Hiero. Uel aliter prophetare vel virtutes facere ⁊ demonia eijcere ēt diuina ꝟtute interdũ non est ei⁹ meriti q̃ operat̃: sed vel inuocatio nois xp̃i hoc agit: vel ob condēnationē eoꝝ q̃ inuocant: aut vtilitatē eoꝝ q̃ vident ⁊ audiũt cõcedit̃: vt l3 homines despiciãt signa faciētes: tñ deũ honorēt: ad cui⁹ inuocationē fiũt tanta miracula. naz ⁊ saul et balaã et cayphas ꝓphetauerunt ⁊ in actib⁹ apl'oꝝ filij sene videbantur eijcere demonia. ⁊ iudas apostolus cũ alo ꝓditoris multa signa inter ceteros apostolos fecisse narratur. Chry. in ho. Quia enim non oēs ad ola apte se habebãt: sed hi quidem erãt vite pure: fidē aũt nõ tantã habebãt: hi aũt ꝯtrium: ideo de⁹ illos ꝑ hos ꝯuertebat: vt multã ostenderēt fidē: hos aũt ꝑ hoc ieffabile signoꝝ donũ vt fierent meliores euocabat. vñ ⁊ cũ multa copia hanc grãm eis

Uera xp̃ianitas oñditur.

Notula d̃ miraculis.

dabat. Dicēt em. Uirtutes multas fecimus. Sed qꝛ circa cuȝ q̄ eos ita honorauit: ingrati facti sunt: recte sequit. Tūc ꝯfitebor illis: qꝛ nunq̄ noui vos. Hiero. Signanter dicit: tūc ꝯfitebor qꝛ mult° tpe an̄ dicere dissimulauerat. Chry. sup mat. Grā dē em̄ irā grandis dilatio p̄cedere dꝫ: q̄ iustius facit dei esse iudicium: ꝛ digniorē interitū pctōꝝ. Sciendū aūt ꝙ pctōres nescit de°: qꝛ non digni sunt vt cognoscant a deo: non qꝛ oino ipsos nō cognoscat: sed qꝛ suos illos esse nō cognoscit. Sed vt eos nō cognoscere: qꝛ non eos diligit: sicut etiā nō vident deū cognoscere q̄ nō colūt euȝ digne. Chry. in ho. Dicit autē eis. Nūq̄ noui vos. q̄si nō solum in tpe iudicij: sed neqꝫ tūc cū miracula faciebatis. multos em̄ ꝛ hic iā odio hꝫ: ꝛ ante punitionē auertit. Hiero. Obserua ēt h̄ qđ dicit. Nunq̄ noui vos: esse ꝯ q̄sdam dicētes: ꝙ oēs hoīes sp conuersati sūt iter rōnabiles creaturas. Greg. xx. mora. Hac aūt sn̄ia dat intelligi ꝙ in hoīb° charitas: hūilitas: non aūt debeāt virtutū signa venerari. vn̄ nūc sctā eccl'ia ēt sī q̄ sunt hereticoꝝ miracula despicit: qꝛ hec sctitatis spēm nō eē cognoscit. Probatio quidē sctitatis nō est signa facere: sed primū vt se diligere. de deo vera. de p̄rio meliora q̄ᵭ de seipso sentire. Augu. ꝯtra aduersariū legis ꝛ pph̄ ꝛ. Absit aūt vt f̄m manicheos ista de pphetis sctis dn̄s dixerit: sed dictū est de his q̄ posterius euāgeliū predicatū in ei° noīe sibi loq̄ vident: nesciētes q̄d loquātur. Hila. Sic aūt hypocrite gl'iati sunt: quasi aliq̄d p̄prium sit q̄ loqnunt aut faciūt. et non oīa virtus dei inuocata p̄ficiat: cui° doctrine sciam lectio afferat: demonioꝝ fugā xp̄i nomē exagitet. De nr̄o igit est btā illa eternitas p̄merēda: prestandūqꝫ est aliq̄d ex p̄prio. bonum velim° malum oē vitem°: agamusqꝫ poti° qđ vult q̄ᵭ qđ p̄t gl'iemur. Repudiās igit eos ac expellēs p̄pter opa iniq̄tatis dt. Discedite a me q̄ opamini iniq̄tatē. Hiero. Nō dixit q̄ opati estis iniq̄tatē: ne videretur tollere pniam: s; q̄ opamini. i. q̄ vsqꝫ in p̄ntē horā cū iudicij tp̄s aduenerit l; nō habeatis facultatē peccādi: tn̄ adhuc habetis affectū. Chry. in ho. Nā mors q̄dē aīam a carne separat: anime autem p̄positū nō immutat.

Falsa mira cula respuūt.

¶ Dis ergo q̄ audit verba mea hec: ꝛ facit ea: assimilabit viro sapiēti q̄ edificauit domū supra petrā: ꝛ descēdit pluuia ꝛ venert flumina: ꝛ flauerūt vēti: ꝛ irruert i domū illā: ꝛ nō cecidit. Fūdata em̄ erat supra petrā. Et oīs q̄ audit v̄ba mea h̄: ꝛ nō facit ea silis erit viro stulto q̄ edificauit domū suam sup arenā: ꝛ descēdit pluuia ꝛ venert flumina ꝛ flauerūt vēti: ꝛ irruerunt in domū illaȝ ꝛ cecidit: ꝛ fuit ruina eius magna.

¶ Chry. in ho. Qm̄ q̄dā futuri erant q̄ dicta sunt a dn̄o admirātes: ostensionē aūt q̄ est p opa nō tribuentes: p̄ueniēs eos terret dicēs. Oīs ḡ qui audit v̄ba mea hec: et facit ea: assimilabit viro sapiēti. Chry. sup mat. Nō aūt dixit. Estimabo euȝ qui audit ꝛ facit virum sapientē: sed assimilabit viro sapiēti. ḡ q̄ simulat hō est. Cui aūt assimilat? xp̄o. Xp̄s autem est sapiēs vir q̄ edificauit domū suam. i. eccl'iam supra petram. i. supra fortitudinem fidei. Uir aūt stultus. i. diabol°: q̄ edificauit domum suā. i. oēs impios super arenam. i. inconstantiam infidelitatis: aut sup carnales hoīes q̄ dicunt arena p̄pter sterilitatē. Et qꝛ nō coherēt sibi: sed sunt per diuersas opiniones dispersi: et qꝛ sunt innumerabiles. Pluuia autē est doctrina q̄ irrigat hoīem: nubes aūt sunt a q̄b° pluuia fluit: q̄dam a spūscō excitant sicut apl'i et pphete. Et q̄dam a spū diaboli: sicut here

Allegoria.

tici. Uēti aūt boni sunt spūs diuersarum virtutū: vel angeli q inuisibilr in sensib⁹ hoim operant: et adducunt ad bona. Uenti aūt mali sunt spūs immundi. Flumina autē bona sunt euāgeliste z doctores ppli. flumina mala sunt hoies in mūdo spū pleni z verbositate instructi: sicut phi et ceteri sclaris sciētie pfessores: de q rū vētre exeūt flumina aq mortue. Ecclesiā ergo quā christ⁹ fundauit nō pluuia mēdacis doctrine corrūpit: neq diabolic⁹ flat⁹ ipellit: neq violētorum fluminū impetus mouet. Nec ē Zriū q qdā de eccl'ia cadunt. non eñ oēs q xpiani dicūr xpi sunt. Sed nouit dñs q sunt ei⁹. Sz 9 domū quā edificauit diabolus descen dit pluuia vere doctrine. venti. i. spūales gr͞e aut angeli. flumina qtuor euāgeliste z ceteri sapiētes. Et sic cecidit dom⁹. i. gentilitas: vt surgeret christus: z facta est ei⁹ ruina magna. solutis erroribus cōuictis mēdacijs z idolis in toto mūdo destructis. xpo ḡ filis est qui audit verba xpi z facit ea: ipe eñ edificat supra petrā. i. xpm: q est oē bonum: vt in quacūq spē boni aliquis edificauerit supra xpm edificasse videat: sicut aūt eccl'ia edificata a christo diruī nō pōt: sic talē christianū: qui se edificauit supra xpm: nulla aduersitas deūcere potest: sm illud. Quis nos sepabit a charitate xpi? Diabolo aūt est silis q audit verba xpi et nō facit. Uerba eñ q audiunt: z nō fiūt: separata sunt z disperso. z ideo assimilantur arene. Arena etiam est oīs malitia: vel etiā mundialia bona. Sicut aūt dom⁹ diaboli destructa est: ita tales supra arenam fundati destruūt et cadūt. Et est ruina magna si de fundamento fidei aliquid ruine fuerit passus. Non autē si fornicat⁹ fuerit: aut homicidium fecerit: qz hz vñ per pniam surgat: sicut z dauid. Raba. Uel ruina magna intelligēda est. qua dictur⁹ est dñs audiētib⁹ z nō faciētibus. Ite in ignē eternū. Hier. Uel aliter. Super arenā que fluida est z in vnam

Arena quid significet.

copulā nō pōt redigi oīs hereticorū sermo edificatur: vt corruat. Hila. Uel alr. In pluuijs blandarum z sensim illabētiū voluptatū illecebras significat: qbus primum fides remis patētib⁹ immadescit: postq fluuiorū pcursus. i. grauiorū cupiditatū mot⁹ incurrit: vt exinde tota vētorū vis circūstantiū deseuiat id est vniuersus diabolice ptātis spūs inferatur. Aug. de ser. do. Uel aliter. Pluuia cū in mali alicui⁹ significatiōe ponit: caliginosa supstitio intelligit. Rumores aūt hoim vētis cōparant: fluuius autē carnalib⁹ 9cupiscētijs tāq fluctib⁹ super trā: z q psperitatib⁹ iducit: aduersitatib⁹ frāgit. quorū nihil metuit: q fundatā hz domū supra petraz. i. q nō solū audit pceptū dñi sed etiā facit. Et i his oīb⁹ piculose subūcit q audit z non facit. Nō eñ quis firmat in se q dñs precipit: vel ipse audit: nisi faciēdo. Considerādū autez est qz cū dixit. Qui audit verba mea hec. satis significat istum sermonez oībus pceptis qbus christiana vita formatur esse perfectum: vt merito qui sm eam viuere voluerint: cōparentur edificanti supra petram.

¶ Et factū ē cū cōsummasset iesus verba hec: admirabātur turbe sup doctrina ei⁹. Erat enim docēs eos sicut ptātem habens: z non sicut scribe eorum z pharisei.

¶ Glo. posita doctrina xpi effectū doctrie ipi⁹l turbis ondit dicēs. Et factū ē cū 9su. iesus verba hec admira. sup doc. ei⁹. Raba. Cōsummat io hec ad pfectionē verbōrum z integritatē dogmatis ptinet. Qd aūt dr turbas admirari aut infideles in turba significat: qui ob hoc stupebant qz nō credebant verbis saluatoris aut omnes generaliter demōstrat: qui excellentiam tante sapientie in eo venerabantur. Chryso. super matth. Placat⁹ rationabiliter hominis intellectus laudē generat: vi

eius aũt admiratione. Quicquid enim digne laudare non possumus admiramur. Admiratio tñ eorum magis ad gloriã christi ptinebat q̃ ad fidẽ ipsorũ: si eñ crederẽt i xp̃m non mirarẽtur. Illud eñ mouet ad mirationẽ qđ superat facientis aut dicentis personã: ꝛ ideo qđ a deo factum aut dictũ est: non admiramur qꝛ oĩa minora sunt q̃ dei potentia. Turbe aũt erant que mirabantur .i. pplĩs vulgaris: nõ pꝛincipes pplĩ: q non discẽdi studio audire solebant. Populus aũt simplex simplr̃ audiebat: sed eorũ silẽtiũ si illi interfuissent suis ꝯditiõib⁹ ꝯturbassent: vbi eñ ẽ maioꝛ scia illic foꝛtioꝛ malitia q enim festinat esse pꝛioꝛ non est cõtent⁹ esse secũdus. Aug. de cõ. euã. Ex eo aũt qđ hic dꝛ potest videri discipuloꝝ turbã deseruisse: ex q̃b⁹ illos .xii. elegerat in mõte ex plurib⁹ q̃s aplĩos nominauit: qđ mattheus hic ꝑtermisit. Solis eñ discipulis in monte vr̃ iesus hũc habuisse sermonẽ: quẽ mattheus interposuit: ꝛ lucas tacet. Et deinde cũ descendisset in loco cãpestri habuisse alterũ silẽm: de quo matthe⁹ tacet: lucas nõ tacet. Quãq̃ ẽt illđ possit occurrere: q sicut supꝛa dictũ ẽ aplĩs: ceterisq̃ turbis p̃sentib⁹ vnũ habuisse s̃monẽ: quẽ matthe⁹ lucasq̃ narrarũt diuerso narrãdi mõ: sed eadẽ ṽitate sñiaꝝ: ꝛ sic planũ ẽ qđ h̃ dꝛ de admiratiõe turbe. Chꝛy. i ho. Cãm aũt admiratiõis subdit dicẽs. Erat ei do. eo. sicut po. ha. ꝛ nõ sicut scri. eoꝝ ꝛ pha. Si autẽ hãc potestatẽ vidẽtes ꝑ opa scribe eũ a se abigebãt vbi solũ verba erãt ptãtem manifestãtia. qual̃r scãdalizati nõ fuissent sed turbe hoc nõ passe sunt. Cũ eñ aĩa beniuola fuerit: facile ꝑsuadet a sermonib⁹ veritatis. Erat autem ptãs docẽtis vt multos eorũ caperet et in admirationẽ mitteret: ita q ꝑpter delectationẽ eorũ q dicta erãt: neq̃ tacẽtẽ dimittebãt. vñ ꝛ secuti sunt eũ descẽdẽtẽ de mõte. Stupebãt aũt eius maxime potestatẽ: qꝛ nõ ad aliũ referens vt prophete ꝛ moyses dixerũt: que dixit: sꝫ vbiq̃ ostẽdit se eũ eẽ: qui hꝫ dñiũ. etenim legem ferens cõtinue apponebat. Ego autẽ dico vobis. Hie. Qꝛ quasi deus ꝛ dñs ipsius moysi ꝑ libertate volũtatis sue vel ea q min⁹ videbant addebat in lege. vel cõmutãs ꝑdicabat in pplõ: vt supꝛa legim⁹. Dictũ est antiquis: ego aũt dico vobis. Scribe ãt ea tñ docebãt q scripta sunt in moyse ꝛ pphetis. Greg. xxiiij. moral. Vel singulariter xp̃s ex bona ptãte locut⁹ est: qꝛ ex infirmitate malã nulla cõmisit. Nos autẽ qꝛ infirmi sum⁹ ex ꝑpria infirmitate pẽsemus quo docẽdi oꝛdine infirmis fratribus ꝯsulamus. Hila. Vel in ṽboꝝ virtutib⁹ effectũ ptãtis metiebant. Aug. de ser. do. Hoc est eñ qđ in psalmo significat: fiducialiter agã in ea. Eloq̃a dñi: eloquia casta: argentum igne examinatum: terre ꝓbatũ: purgatũ septupl̃ũ: propter quẽ numerũ admonit⁹ sum oĩa ista ꝑcepta ad septẽ illas referre sn̄ias q̃s i pꝛincipio s̃mõis hui⁹ posuit. s. de beatitudinibus. Qđ eñ aliq̃s fratri irascatur sine causa vel racha dicat. vel fatuũ eũ appellet: supbissime admittit: cõtra qđ est vnũ remediũ vt supplici aĩo veniã dep̃cet: q nõ iactãtie spũ inflet. Bti q paupes spũ: qm̃ ipsoꝝ est regnũ celoꝝ. Cõsentit aũt aduersario .i. ṽbo dei reuerẽtiã exhibendo: q̃sq̃s ad testamẽtũ p̃ris opiẽdũ: nõ litib⁹ acerb⁹ sꝫ pietate mitis accesserit. Bti q mites: qm̃ ipsi hereditate possidebunt terrã. Quisq̃s ẽt carnalẽ delectationẽ ꝯ rectã volũtatẽ suam rebellare senfit exclamat. Infelix ego hõ q̃s me liberabit de morte coꝛpis hui⁹ ꝛ ita lugẽdo iploꝛet cõsolatoꝛis auxiliũ. vñ beati q lugẽt: qm̃ ipsi cõsolabunt. Quid aũt laboꝛiosius cogitari põt q̃ vt otiosa consuetudine superãda pꝛecidant intra se mẽbꝛa ipediẽtia regnũ celoꝛũ: nec doloꝛe frangatur: tolleret in cõiugali fide oĩa q q̃uis sint molestissima crimẽ tñ foꝛnicatiõis nõ hñt. verũ loquat q nõ l rõnib⁹ crebris: sꝫ in moꝝ pe

Admiratio q rũ sit.

Cõcordantia de sermone dñi in mõte.

Reducit sermo dñi ad septẽ btitudines.

bilitate cōmēdet. Sꝫ qs tantos labo res inire audeat. nisi flagraret amo re iustitie? quasi fame ac siti vehe mēti accensus? Bti ergo q̄ esuriūt ꝛ sitiunt: qm̄ ipsi saturabunt. Quis aūt pōt parat⁹ esse ab infirmis iniu rias sustinere: peccāti a se tribuere: diligere inimicos benefacere his q̄ se oderūt: orare p̄ psequētibus: nisi pfecte misericors? Bti ergo misericor des: qm̄ ipsi miaꝫ ꝯsequētur. Mūdū aūt cordis oculū hꝫ: q̄ finē bonoꝝ opeꝝ suoꝝ: nō i eo ꝯstituit: vt hoībus pla ceat; neq̄ vt cōparet ea q̄ huic vite sunt necessaria: neq̄ temere animū hois condēnat; ꝛ qcq̄d exhibet hoi hac intētiōe exhibet: q̄ sibi vult exhi beri? Bti ergo mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Opꝫ etiā vt p̄ mūdum cor inueniat arta via sapientie cui peruersoꝝ hoim deceptiōes obstre pūt quas euadere est venire ad pa cē sapiētie. Beati ergo pacifici: qm̄ filij dei vocabunt; sed siue iste ordo considerandus sit siue ali⁹: faciēda sunt q̄ audiuimus a dño: si volum⁹ edificare supra petram.

¶ Cap. viij.

Cum aūt descēdis set iesus de mō te secute sunt eū turbe multe: ꝛ ec ce lepros⁹ veniēs adorabat eū dicens Dñe: si vis potes me mūdare. Et ex tēdēs iesus manū: tetigit eū dicēs. Volo mūdare. Et con festim mūdata est lepra ei⁹. Et ait illi ies⁹. Vide nemini dixeris: sed vade ostēde te sa cerdoti: ꝛ offer munus tuū quod precepit moyses in te stimonium illis.

sanctus reuelaret. Sequit͂ ergo. Ut im pleret͂ qd̄ dictū est p̄ Esaiā pphetā dicentē. Ecce puer meus quē elegi. Remi. Dñs q̄dē iesus xp̄s puer omnipotentis dei dictus est: nō s̄m diuinitatē: s₃ s̄m assumpte carnis dispēsationem: q₂ cooperāte sp̄ūsctō carnē suscepit ex v̄gine absq₃ macula pcti. Quidā libri h̄nt. Elect⁹ quē elegi. Elect⁹ eñ fuit a deo patre. i. p̄destinat⁹: vt esset filius dei pp̄rius nō adoptiuus. Raba. Quem elegi dicit ad opus qd̄ nemo alius fecit: vt redimeret gen⁹ hūanū: ₇ pacificaret mūdū cū deo. Sequit͂. Dilect⁹ me⁹ in quo bene complacuit aie mee. q₂ ipse sol⁹ est agnus sine macula pcti de quo pater dicit. Hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹ in quo mihi bn̄ complacui. Remi. Qd̄ aūt dicit. Aie mee. nō ita intelligendū est q̄ deus pr̄ aiam habeat: sed trāslatiue aia in deū ascribit͂: vt p̄ eā demōstraret͂ dei affect⁹. Nec mirū si aia translatiue in deo d₂: cū etiā cetera corporis mēbra ei ascribant͂. Chry. Hoc aūt i p̄ncipio pph̄a ponit vt discas: q₂ hoc qd̄ hic d₂: fuit s̄m cōsiliū patris. dilect⁹ eñ s̄m cōsiliū eius q̄ diligit facit. Sed iterū elect⁹ nō vt aduersari⁹ soluit legē: neq₃ vt inimic⁹ existēs legislatori: sed ei ₇cordās. q₂ ergo dilect⁹ est: ponā sp̄m meū sup̄ eū. Re. Tunc etiā de⁹ pr̄ posuit sp̄m suū sup̄ eu₃: cū operāte sp̄ūsctō suscepit carnem ex v̄gine: ₇ mox vt hō fact⁹ est plenitudinē sp̄ūsancti suscepit. Hie. Ponit͂ aūt sp̄ūsanctus nō sup̄ dei verbū: sed sup̄ vnigenitū q̄ de sinu p̄ris processit. s. super eū de quo dctm̄ est Ecce puer meus. Quid autē p̄ ip̄m factur⁹ sit subdit͂. Et iudiciū gētib⁹ nūciabit. Aug. xx. de ciui. dei. Q₂. s. iudiciū p̄nunciauit futurū quod gētibus erat occultū. Chrys. Deinde humilitatē eius manifestans dixit. Nō ₇tendet. Quia sicut illi placuit oblat⁹ est: ₇ manib⁹ p̄ſeq̄ntiū se vltro obtulit. Neq₃ clamauit. Q₂ sicut agn⁹ corā tōdēte se obmutuit. Neq₃ audiet aliquis in plateis vocem eius. Hiero. Lata enim est ₇ spatiosa via que ducit ad perditionem: ₇ multi ingrediunt͂ p̄ eā: q̄ multi non audiunt vocē saluatoris: q₂ nō sunt in arta via: sed in spatiosa. Re. Platea nanq₃ grece: latine latitudo dicitur: in plateis ergo vocē eius nemo audiuit: q₂ suis dilectorib⁹ non delectabilia in hoc mūdo promisit: sed aspera. Chry. Uolebat aūt dñs p̄ hmōi mansuetudinem curare iudeos: sed licet isti renuerent: non t̄n eis restitit eos destruendo. vñ ₇ ei⁹ virtutē: ₇ illo₄ imbecillitatē pph̄a oñdens dicit. Arūdinē quassatā nō cōfringet: ₇ lignū fumigans nō extinguet. Hiero. Qui peccatori non porrigit manū: nec portat onus fratris sui: iste q̄ssatū calamū ₇fringit. ₇ q̄ modicā scintillā fidei cōtēnit in puulis: hic lignū extiguit fumigās. August. xx. de ciui. dei. Uñ psecutores iudeos q̄ calamo q̄ssato p̄dita integritate: ₇ ligno fumanti amisso lumine ₇parati sunt nō ₇triuit: non extinxit: q₂ pepcit eis q̄ nōdū venerat eos iudicare: s₃ iudicari ab eis. Aug. de q̄. euā. In ligno etiā fumigante notandū est: q₂ deserto lumine facit putorē. Hila. Uel in hoc q̄ dicit. Arundinē quassatā nō cōfringet: oñdit q̄ ita facile erat ei omēs eos frangere sicut arundinē: ₇ non simpliciter arundinē: sed iam cōtritam. In hoc autem q̄ dicit. Lignu₃ fumigās non extinguet: demōstrat ₇ illorū furorē accensum: ₇ virtutē christi potentem ad extinguendum hmōi furorem cum omni facultate. vnde in hoc multa mā suetudo christi ostenditur. Rabanus. Uel p̄ hoc q̄ dicit. Arundinem que quassata est non esse confractam: ostendit caduca et quassata gentium corpora nō fuisse ₇trita: sed in salutē potius reseruata. per hoc aūt q̄ dicit. Lig. fumigans non extin. ostēdit exiguitatem ignis iam tantum fumigantis in ligno non extinctam: id est israel ex reliquijs veteris gratie sp̄m non ablatum: quia resumēdi totius luminis in tempore pnie sit facultas. Rabanus. Uel econuerso arun

Iesus quomō puer d₂

Mā suetudo xp̄i erga iudeos.

dinẽ quassatã vocat iudeos quos a vento agitatos: ⁊ q̃si abinuicẽ dissipatos: nõ statim dñs condemnauit: sed patienter supportauit. Lignum aũt fumigãs vocat pplm de gentibus congregatũ: q̃ extincto naturalis legis ardore fumi amarissimi et oculis noxij: tenebroseq̃ caliginis inoluebat erroribus: quẽ nõ solũ nõ extinxit ⁊ redegit in cinerẽ: sed ecõtrario de parua scintilla ⁊ pene moriente maxima suscitauit incendia. Chry. Sꝫ posset aliq̃s dicere. Quid igit: semp hec erũt? et feret vsq̃ in finẽ eos q̃ sic insidiant ⁊ insaniunt? Absit. sꝫ cũ sua oĩa facta erunt: tunc ⁊ illa opabit. Et hoc signauit dicẽs. Donec eijciat ad victoriã iudiciuꝫ. Ac si dicat. Cũ ea q̃ ex se sunt oĩa cõpleuerit: tũc perfectã vltionẽ inducet: tũc em̃ punient cũ clarã fecerit suã victoriã: vt nõ relinquat eis inuerecunda ɔ̃dictiõis occasio. Hila. Uel donec eijciat ad victoriam iudiciũ: sublata. s. mortis potestate. iudiciũ claritatis sue reditum introducat. Raba. Uel donec illud iudiciuꝫ qd̕ in eo agebat ad victoriã perueniret: q: postq̃ mortẽ resurgẽdo superauit expulso principe huius mũdi victor ad regnũ redijt: in patris dextera sedens donec ponat sub pedibus omnes inimicos suos. Chrys. Sed nõ in hoc stabunt ea q̃ sunt dispensationis vt solũ puniant qui nõ crediderũt: sed ⁊ orbẽ terrarũ ad se trahet. vñ sequit. Et in nomine eius gẽtes sperabũt. Augu. xx. de ciuita. dei. Hoc aũt vltimũ iam videmus impletũ. ⁊ si per hoc qd̕ negari nõ põt credit: ⁊ illud qd̕ imprudẽter a quibusdã negat: nouissimum iudiciũ qd̕ ponet in terra cũ venerit ip̃e de celo: q̃s em̃ speraret gẽtes in christi noĩe speraturas: qñ tenebat: ligabatur: cedebat: illudebatur: ⁊ crucifigebat: qñ ⁊ ipsi discipuli spẽ perdiderãt: quã in illo hr̃e iam ceperant: q̃ tũc vix vnus latro sperauit in cruce nũc sperãt gẽtes lõge lateq̃ diffuse. Et ne in eternũ moriant ip̃a in qua ille mortuus est cruce signant.

Nullus igitur dubitet p iesum christum nouissimum futurum esse iudiciũ. Remi. Sciendũ est aũt quia non solũ istius loci sensus: sed ⁊ multoruꝫ aliorũ hoc testimonio confirmat: nã q̃ dicit. Ecce puer meus. ad illũ locũ refert vbi dixerat pr̃. Hic est filius meus. Qd̕ vero ait: ponã ip̃m meuꝫ sup eũ. ad hoc refert q̃ sp̃ũssctũs descẽdit super dñm baptizatũ. Qd̕ aũt subiũgit. Judiciũ gentibus nũciabit. refert ad id quod infra dicit. Cum sederit filius hoĩs in sede maiestatis sue. Quod aũt subdit. Nõ cõtendet neq̃ clamabit. ad hoc refertur q̃ dñs pauca respondet principi sacerdotũ ⁊ pilato: herodi vero nulla. Quod vero d̕r. Arundinẽ quassataꝫ nõ cõfringet. ad hoc pertinet q̃ dñs suos psecutores declinauit: ne fierent deteriores. Qd̕ vero dicit. In noĩe eius sperabũt. ad hoc qd̕ ip̃e dixit. Euntes docete omnes gentes.

¶ Tũc oblatus est ei demoniũ habẽs cecus ⁊ mutus: ⁊ curauit eũ ita vt loqueretur ⁊ videret. Et stupebant oẽs turbe ⁊ dicebant. Nunquid hic est filius dauid? Pharisei auteꝫ audiẽtes dixerũt. Hic nõ eijcit demões: nisi in beelzebub pncipe demoniorum.

¶ Glo. Cõfortauerat superius dominus phariseos christi miracula calumniantes: ex hoc q̃ sabbatũ soluere videbantur: sed quia maiori nequitia ip̃a christi miracula diuina virtute facta peruertebant: attribuentes ea immundo spiritui: ideo euangelista pretermittit miraculuꝫ ex quo blasphemandi occasionem sumpserunt dicens. Tunc oblatus est ei demoniũ habens cecus et mutus. Remi. Quod auteꝫ dicit. Tunc: ad superiora refertur quando sanato homine qui habebat manum aridam: exiuit de synagoga. Siue q̃ dicit. Tunc: põt referri ad totius atq̃ prolixius tempus: vt sit sensus.

Allegorica expositio

Expõ oraculi

¶Tunc: qñ hec vel illa dicebātur vel gerebantur. Chry. Miranda est autem nequitia demonis: vtrunqꝫ ingressuz opilauit: per quem ille erat crediturus. s. et auditum et visum. Sed xp̄s vtrūqꝫ aperuit. Unde seqᷓtur. Et curauit eū ita vt loqueretur et videret. Beda. Tria aūt signa simul in vno hoīe ppetrata sunt. Cecus videt: mut⁹ loquitur: possessus a demone liberatur. Quod ꝛ tunc q̄dem carnalr̄ factū est: sed quotidie complet in conuersione credentiuz vt expulso demone p̄mū fidei lumē aspiciant: deinde in laudes dei tacētia prius ora laxentur. Hila. Nō autē sine rōne cū turbas oēs curatas in cōi dixisset: nunc seorsum demonium habens cecus ꝛ mutus offertur. Oportebat em̄ vt postq̄ manus aride homo oblatus est: q̄ in synagoga curabat̄ in vnius hmōi hominis forma gentium salus fieret: vt qui erat habitatio demonū: et cecus et mutus deo capax pararet̄: et deum contineret in xp̄o: et xp̄i opa dei cō fessione laudaret. Aug. de qō. euan. Demonium em̄ habēs cecus ꝛ mutus est q̄ non credit: et subditus est diabolo q̄ non intelligit ꝛ non confitetur ipsam fidem: vel qui nō dat laudem deo Aug. de cō. euan. Hoc autem non isto ordine: sed post multa alia lucas cōmemorat ꝛ mutū dicit tm̄ ꝛ nō cecū. Sed ēt ex eo ꝙ aliquid tacet: de alio dicere putand⁹ est. ea em̄ sequētia ꝛ ip̄e ꝯtexit que mattheus. Hila. Stupuerunt facti istius oēs turbe sed phariseorū ingrauescit inuidia. vñ seqᷓtur. Et stupebant oēs turbe et dicebant. Numqd iste est fili⁹ dauid? Glo. Ob miraꝫ ꝛ beneficia filiū dauid p̄dicat. Bed. Turbe aūt q̄ min⁹ erudite videbantur dñi sempᷣ facta mirātes illi ꝯtra vel negare hoc vel q̄ negare nequerāt sinistra interpretatione peruertere laborabant: quasi hec non diuinitatis: sed immundi spiritus opa fuissent. i. beelzebub qui deus erat accaron. vnde seqᷓtur: Pharisei aūt audientes dixerunt. Hic non eijcit demones. nisi in beel. p̄n. demoniorum. Re. Beelzebub aūt ipse est beel et baal ꝛ beelphegor. Beel fuit pr̄ Nini regis assyriorū. Baal dictus est: qꝛ in excelso colebat̄. Beelphegor a loco id est a monte phega. zebub seruus fuit abimelech filij gedeonis q̄ occisis. lxx. fratribus edificauit templum baal: et constituit eum sacerdotē in ipso ad abigendas muscas que ibi congregabantur ꝓpter nimiū cruorē victimarꝫ. zebub nanqꝫ musca dr̄. Beelzebub ergo vir muscarū interp̄tat̄. vnde ꝓpter spurcissimū ritū colendi dicebāt eum esse p̄ncipē demoniorū: nihil ergo sordidi⁹ inuenientes qd̄ dño obijcerēt: dicebant eum in beelzebub eijcere demonia. Et sciendū ꝙ non est legēdū p. d. vel. t. in fine vt quedam mēdosa exemplaria habēt. sed per. b.

¶Jesus autē sciēs cogitationes eorū dixit eis. Omē regnū ꝯ se diuisum desolabit̄: ꝛ oīs ciuitas vel domus diuisa cōtra se nō stabit. Et si sathanas sathanā eijcit: aduersus se diuisus est: quō ergo stabit regnum eius?

¶Hiero. Pharisei opa dei principi demoniorum deputabāt: quibus dominus non ad dicta: sed ad cogitata respōdit: vt vel sic compellerentur credere potētie eius: qui cordis videbat occulta. vñ dr̄. Jesus autem sciēs cogi. eorū di. eis. Chry. Supi⁹ quidez ꝛ de hoc christum accusauerant: qꝛ in beelzebub eijceret demonia: sꝫ tūc q̄dē eos nō increpauit cōcedēs eis: ꝛ a plurib⁹ signis cognoscere eius virtutē: et a doctrina discere eius magnitudinē: sed qꝛ permanebant eadē dicētes iā increpat eos: q̄nis eorū accusatio valde irrōnabilis esset. Inuidia aūt nō q̄rit quid dicat: sed solū vt dicat. neqꝫ tm̄ xp̄s eos cōtēpsit: sed rñdet cū decēti māsuetudine: docēs nos mites esse inimicis: ꝛ nō turbari: etiā si talia

dicāt q̄ nos in nobis non recogno-scimus: neq̄ habent aliquā rōnem. In quo etiam ondit mēdacia esse q̄ ab ipsis sunt dicta. neq̄ em̄ est demoniū habētis tātā ondere māsuetudinem et cogitatiōes scire. Et q2 valde irrōnabilis erat eorum suspitio: et multitudine timebāt non audebāt publicare xp̄i accusationem sed in mente voluebāt. Propter qđ dicit. Sciens cogitationes eorum. Ipse autē accusationē quidē in respondendo nō ponit neq̄ diuulgat eorū nequitiam: solutionē aūt inducit: studiū em̄ eius erat ꝓdesse peccātibus: nō publicare. Non aūt rn̄det eis a scripturis q2 nō attenderent aliter exponētes: sed a cōibus opinionibus. Non em̄ ita exteriora prelia corrūpunt: sicut ea que sunt contribuliū. hoc em̄ fit in corporibus ꝛ in oībus rebus: sed interim a magis cognitis exempla ducit dicēs. Oē regnū ꝯtra se diuisum desolabit. Nihil em̄ est i terra regno potentius: sed tn̄ p altercationem perit. Quid aūt dicēdū est de ciuitate: vel de domo? siue magnū siue paruū fuerit contra seipm̄ pugnās perit. Hi. Un̄ dom⁹ ꝛ ciuitatis eadē est hic rō q̄ est regni. ꝑpter qđ sequit. Et ois ciui. vel do. di. cōtra se nō stabit. Her. Quō em̄ cōcordia pue res crescūt: sic discordia maxime dilabūtur. Hi. Sermo aūt dei diues est et vel simplr̄ intellect⁹ vel inspectus interius ad oēm ꝑfectū est necessarius. Relictis ergo his q̄ ad cōem intelligētiā patēt: causis īterioribꝰ immoremur. Rn̄sur⁹ em̄ dn̄s ad id qđ de beelzebub dictū erat: in ip̄os qb⁹ rn̄debat rn̄sionis cōditionē retorsit. lex em̄ a deo est: ꝛ regni israel pollicitatio ex lege ē. si regnū legis cōtra se diuiditur dissoluatur necesse est: et sic israel amisit legē qn̄ impletionem legis in xp̄o plebs legis impugnat. Sed ciuitas hic hierusalē indicat: q̄ postq̄ in dn̄m suū furore plebis exarsit: et apostolos eius cū credentiū turbis fugauit post diuisionē non stabit atq̄ ita quod per

Discordie malum notatur.

hanc diuisionē mox cōsecutum est: ciuitatis illius denunciat excidiū. Deinde assumit: ꝛ si satha. satha. eiicit: aduer. se di. est: quō ergo sta. re. eius? Hiero. Ac si diceret: si sathanas pugnat ꝯtra se ꝛ demō inimic⁹ est demoni: deberet iā mūdi venire ꝯsummatio. nec habēt i eo locū aduersarie potestates quarum inter se bellū pax hoim est. Glo. Necessaria ergo cōplexione eos arguit: vel em̄ xp̄s in ꝟtute dei demones eijcit vel in p̄ncipe demonioꝝ: si in ꝟtute dei frustra calūniant: si in p̄ncipe demoniorū regnū ei⁹ diuisū ē nec stabit: ꝛ ideo a regno eius recedāt: qđ innuit sibi eos elegisse: dū i se nō credūt. Chry. Uel sic. Si diuisus est imbecillior fact⁹ ē ꝛ perit. si aūt perit: qualr̄ potest aliū p̄icere? Hil. Uel alr̄. Si ad diuisionē suā coact⁹ ē demon vt demones pturbaret: hic q̄q̄ estimādū est pl⁹ in eo q̄ diuiserit q̄ i his q̄ diuisi sunt inesse ꝟtutis: q̄ regnū diaboli diuisiōe facta a christo est dissolutū. Hiero. Si aūt putatis o scribe ꝛ pharisei q̄ recessio demonū obediētia sit i p̄ncipē suū: vt homines ignorātes frauduléta simulatiōe ꝯludāt: q̄d potestꝭ dicere de corporū sanitatib⁹ q̄s dn̄s ppetrauit? aliđ si mēbroꝝ q̄3 ꝯbilitates ꝛ spūaliū ꝟtutū īsignia ꝯmōib⁹ assignetis.

¶ Et si ego i beelzebub eijcio demones: filij vr̄i in quo eijciunt? Jō ipsi iudices vestri erūt. Si aūt ego in spiritu dei eijcio demones: igit peruenit in vos regnū dei.

¶ Chry. Post p̄mā solutionē venit ad scdaꝫ primā manifestiorē dicēs. Et si ego in beel. eii. demo. filij ve. in quo eiiciūt? Jō ip. iu. ve. erunt. Hiero. Filios iudeoꝝ vl̄ exorcistas legꝭ gētis illius ex more signat: vel apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas: q2 ad inuocationē dei eiiciebant demones: coartat phariseos interrogatione prudēti: vt cōfiteantur spūssancti esse opus eorū.

Scda rō xp̄o ꝯ aduersarios.

Si expulsio inquit demonū in filijs
vr̄is:deo nō demonib⁹ deputat̄:q̄re
in me idē opus nō eādem habeat ꝛ
cām?ergo ipsi vestri iudices erunt:
nō ptāte:sed ꝯparatiōe:dum illi ex
pulsionē demonū deo assignāt vos
principi demonioꝝ.Sinantem ꝛ de
apostolis dictū est:quod ꝛ magis in
telligere debemus:ipsi erunt iudi-
ces eoꝝ q̄ sedebūt in.xij.sedijs iu
dicantes.xij.tribus israel.Hila.Id-
circo aūt digne iudices sunt in eos
cōstituti quibus id dedisse xp̄s ad-
uersus demones ptātis reperit̄ qđ
ipse est negatus habuisse.Rab.Uel
quia apostoli bene sibi cōscij erant
nihil male artis se ab eo didicisse.
Chry.Non aūt dicit.Discipuli mei
neqꝫ apostoli:sed filij vr̄i.Ut siqdē
voluerint reuerti ad illorum digni-
tatem multā hinc accipiāt occasio-
nem:si aūt ingrati fuerint neqꝫ inue
recūdam habēt excusationē.Eijcie
bant aūt ap̄li demōes:q̄ acceperāt
ptātē ab ipso:ꝛ tñ nihil eos incusa-
bāt:nō eñ reb⁹ sed psone xp̄i aduer
sabant̄.volēs igit̄ mōstrare qm̄ inui
die erāt q̄ dicebant̄ de ip̄o:ap̄los in
mediū ducit.rursus āt ad sui cogni
tionē inducit eos demōstrās qm̄ ꝑ
p̄ijs aduersant̄ bonis ꝛ cōtrariant̄
sue saluti:cum deceret eos letari ꝙ
magna bona illis aduenerat dona-
turus.vñ sequitur.Si autē ego in
spiritu dei eij.demo.igitur perue.in
vos reg.dei.Per hoc aūt demōstrat
ꝙ magne virtutis op⁹ est demones
eijcere:ꝛ nō cuiuslibet grā.Et ob h̄
q̄dē syllogizat dicēs.Ergo perue.in
vos regnum dei.acsi dicat.Si hoc
est profecto filius dei aduenit.hoc
aut obūbrate dicit vt nō illis sit gra
ue deinde vt illos alliciat non dicit
simpliciter perue.regnū sed in vos.
q.d.Uobis veniūt bona:propter qđ
vestrā impugnatis salutem.hoc eñ
est signū a ꝓphetis traditū presen-
tie filij dei tanta fieri potestate diui
na.Hier.Regnū eñ dei seipsum si-
gnat:de quo in alio loco scriptum
est.Regnū dei intra vos est:ꝛ medi⁹
stat intra vos quē nescitis.Uel cer-

magne v̄tutis est eij-cere d-monia.

te illđ regnū qđ ꝛ ioānes et ip̄e dn̄s
p̄dicauerūt.pniam agite:appropin
quabit eñ regnū celorū.Est et ter-
tiū regnū scripture sancte:qđ aufer
tur a iudeis:ꝛ tradit̄ genti facienti
fructus eius.Hila.Si ergo discipu
li operant̄ per xp̄m ꝛ ex spū dei xp̄s
operat̄:adest regnū dei iā in ap̄los
mediatoris officio transfusum.Di-
minutio etiā regni diaboli:est aug-
mētatio regni dei.Augu.de cō.euā.
Uñ pōt ēt hic esse sensus.Si ego in
beelzebub eijcio demones:etiā se
cūdū vestrā sniam peruenit in vos
regnū dei:q̄ regnū diaboli stare nō
potest quē aduersum se diuisi fate-
mini.regnū eñ dei nūc dixit q̄ dānā
tur impij:et a fidelib⁹ de pctis suis
pniam agētibus nunc secernūtur.

¶Aut quō pōt quisq̄ intrare in domū fortis:et vasa eius diripere:nisi pri⁹ alligauerit fortem?Et tūc domū illius diripiet.

¶Chry.posita secūda solutiōe in
ducit ꝛ tertiā dicēs.Aut quō potest
quisq̄ intra.in do.fortis?Qđ enim
nō pōt sathanas sathanam eijcere
manifestū ex dictis est.Sed quoniā
neqꝫ ali⁹ potest eū eijcere nisi pri⁹
eū superauerit:oīb⁹ est manifestū.
constituitur ergo quod et antea cū
manifestiori abūdātia:dicit enim.
Tm̄ absisto ab hoc ꝙ vtar diabolo
coadiutore ꝙ plior eū eo ꝛ ligo eū:
ꝛ hui⁹ coniectura est ꝙ vasa ei⁹ diri
pio.Et sic contrariū eius quod illi
tētabant dicere demōstrat.Illi eñ
volebant ostendere ꝙ non propria
virtute eijcit demones.Ipse autem
ostendit:ꝙ non solū demones sed ꝛ
eorum principem ligauit:quod ma
nifestum est ab his que facta sunt.
Qualr̄ eñ principe nō victo hi qui
subiacēt demōes direpti sunt?Hoc
autem mihi prophetia videtur esse
quod dicitur.Non enim solum de-
mones eijcit:sed et errorem vniuer
si orbis terrarum abiget et machi-
nationē diaboli dissoluet:ꝛ non di-

Allegoric⁹ in telle-ctuo.

xit rapiet:sed diripiet:ostendēs q̄ hoc cū potestate fiat. Hier. Dom⁹ illius mundus est:qui in maligno positus nō creatoris dignitate:sed magnitudine delinquētis alligatus est fortis et religatus in tartarum et domini pede contritus. Non autem debemus eē securi aduersari⁹ noster fortis victoris q̄z vocib⁹ cōprobat. Chry. Fortē autē eū vocat antiquā ei⁹ ostendens tyrānidez q̄ ex nostra desidia orta est. Augu. de que. euan. Quos. s. ipse tenebat:ne possent virib⁹ suis ab illo se homines eruere:sed per gratiā dei. vasa eius dicit omnes infideles. Alligauit autē fortē:quia potestatem illi ademit impediendi voluntatē fidelium a sequēdo christum ꝛ obtinēdo regno dei. Raba. Domū ḡ eius diripuit:q̄ ereptos a diaboli laq̄is eos quos suos eē p̄uidit ecclie adunauit:vel quia omnes mūdi p̄tes apostolis ꝛ eorum successorib⁹ conuertendum distribuit. ostendit igitur per manifestā parabolaz dicens q̄ non cōcordat in fallaci operatione cū demonibus vt. calūniabant:sed virtute diuinitatis homines a demonibus liberauit.

Qui non est mecum cōtra me est:ꝛ qui non cōgregat mecum spargit.

Chry. Posita tertia solutiōe:hic ponit quartā dicēs. Qui non est mecū contra me est. Hila. In quo ostēdit lōge a se eē; vt aliquid a diabolo mutuatū sit ptātis:ꝛ ex hoc ingētis piculi res intelligitur:male de eo opinari:cum quo non esse idipm est quod contra esse. Hiero. Nō tn̄ putet hoc q̄sq̄ de hereticis dictum et scismaticis:quāq̄ et ita ex super fluo posset intelligi:sed ex ꝯsequētibus tertuq̄ s̄monis ad diabolū refertur:eo q̄ nō possint opa saluatoris beelzebub operib⁹ ꝯparari. Ille cupit aīas hominū tenere captiuas:dominus liberare. Ille p̄dicat idola:hic vni⁹ dei notitiā. Ille trahit ad vitia:hic reuocat ad virtutes. Quomodo ergo p̄nt inter se habere cōcordiā:quoꝝ opera sunt diuersa? Chry. Qui ḡ nō mecū congregat neq̄ mecū est:nō erit mihi cōparand⁹ vt mecū demōes eiiciat sed magis desiderat que mea sunt spargere. Sz dic mihi. Si oporteret cū aliquo preliari q̄ nō vult tibi auxiliari:hocipso nō est aduersum te. Ipse ēt dn̄s alio loco dixit. Qui nō est aduersum vos p̄ vobis ē. Sz nō est ꝯtrā hoc qd̄ hic dr̄. Hic eni loquit̄ de diabolo aduersario cristētē:ibi autē de hoīe qui in parte erat cū eis:de quo dictū erat. Uidimus quēdā in nōie tuo eiicientem demonia. Uidet̄ aūt iudeos hic occulte insinuare cū diabolo statuēs eos. ipsi. n. aduersus eū erāt:ꝛ spargebāt que ipse ꝯgregabat. Sed et decēs est credere hoc de seipso dixisse q̄ aduersus diabolum erat:ꝛ que illius sunt dispergebat.

Contrarietas dei ꝛ demonis

Jō dico vobis oē pctm̄ ꝛ blasphēia remittet̄ hoīb⁹: spūs aūt blasphemie nō remittet̄. Et q̄cūq̄z dixerit verbū cōtra filiū hōis remittit̄ ei:qui aūt dixerit ꝯ spiritū sanctū nō remittet̄ ei:neq̄z ī hoc seculo:neq̄z in futuro.

Chry. Q̄ dominus phariseis excusando r̄nderat:iā eos terret. Est eni h̄ correctiōis nō p̄ua pars:non solū excusando respōdere sed ꝛ ꝯminari. Hila. Phariseoꝝ. n. sniam ꝛ eorū q̄ ita cum his sentiunt p̄uersitatem:seuerissima diffinitiōe cōdēnat pctōꝝ oim veniam p̄mittēs:ꝛ blasphemie spūs indulgētiā abnegās. iō dico vobis oē pctm̄ ꝛ blas. ꝛc. hominib⁹. Remi. Sciēdū est tn̄ q̄ non passim q̄buscūq̄ dimittūt̄:sz illis q̄ p̄ suis reatib⁹ dignā penitētiā egerint. destruit̄ autē his verbis error nouatiani q̄ dicebat q̄ fideles post lapsum per penitētiam non p̄nt surgere neq̄ pctōꝝ suoꝝ veniam promereri maxime illi qui in persecu

tióe positi negabāt. Seqtur. Spūs aūt blas. nō remittet. Aug. de ver. do. Quid eñ interest ad rē vtrū dicat. Spūs blasphemie non remittetur: an dicat. Qui blasphemauerit in spm̄sctm̄ non ei remittetur: vt lucas dicit: nisi forte q eadē snia apertius isto mō q̄ illo dr. aliū euāgelistā non destruit alias: sed exponit. Spūs eñ blasphemie clause dictū est: qr nō est expressum cuius spūs. et iō ad hmōi expositionē subdit. Et quicūq dix. verbū ɔtra fi. homi nis remit. ei. Ideo post vniuersalē cōmemorationē oīs blasphemie eminentius voluit exprimere blasphemiā que dr cōtra filiū hominis quā in euangelio fm ioannē valde graue endit hoc esse pctm̄: vbi ait de spū sctō. Ille arguet mūdum de pctō de iustitia: ꝛ de iudicio. de peccato quidē: qr nō credūt in me. Sequit. Qui aūt di. cōtra spi. san. verbum: non remit. ei neq in hoc se. neq in futuro. Non ergo hoc dicitur ppterea: qr in trinitate maior est filio spūssctūs: qd nullus vnq̄ vel hereticꝰ dicit. Hil. Quid aūt tā extra veniā est q̄ in xpō negare qd dei est ꝛ ɔsistētez in eo pr̄ni spūs subaz adimere: cū in spū dei oē opꝰ ɔsumet: ꝛ in eo deus sit mūdū recōciliās sibi. Hiero. Uel ita locꝰ iste est intelligēdus. Qui verbū dixerit contra filiū hois scādalizatus carne mea: ꝛ me hoiem tm̄ arbitrās talis opinio atq blasphemia quāq̄ culpa non careat erroris: tñ hz veniā pter corporis vtilitatē. Qui autē manifesta intelligēs opa dei cū dei virtutē negare nō possit eadē calūniat stimulatꝰ inuidia: ꝛ xpm dei vbū ꝛ opa spūsscti dicit esse beelzebub: isti nō remittet neq in hoc seculo: neq in futuro. Aug. de ver. do. Sed si hoc ppterea dictum esset pfecto de oī blasphemia taceret: et hec sola remissibilis videret: que contra filiū hois dr quasi cū hō solū putat. Cū vo pmissum sit. Oē pctm̄ ꝛ blasphemia remittet hoībꝰ proculdubio et illa blasphemia q̄ ɔtra patrē dr ista ghalitate ɔcludit: ꝛ tñ hec sola irremissibilis diffinit: que dr ɔtra spiritūsctm̄. Nūqd nā ꝛ pater formā serui accepit: qsi sit maior spūssctūs? Quis ēt nō ɔuincit dixisse vbū cōtra spm̄sctm̄ anteq̄ xpianus vel catholicꝰ fieret? pzio ipsi pagāi cū dicūt xpm magicis artibꝰ fecisse miracla: nōne sīles sunt his q̄ dixerūt eū in pricipe demonioz eiecisse demonia? Judei ēt ꝛ quicūq heretici q̄ spm̄sctm̄ ɔfitent: sed negāt eū esse in corpe xpi qd ē eccl'ia catholica: sīles sunt pharisceis q̄ negabāt spm̄ sctm̄ esse in xpo. Quidā etiā heretici ipm spm̄sctm̄ vel creaturā esse cōtendunt sicut arriani: eunomiani: ꝛ macedoniani: vel eū prorsus ita negāt vt deū negēt esse trinitatē: sed solū patrē esse deū asseuerāt: ꝛ ipm aliqn̄ vocari filiū: aliqn̄ spm̄sctm̄: sicut sebelliani. Photiniāi quoq patrē filiū esse dicētes deū: filiū vo nō nisi homiez: negāt oīno tertiā esse personā spm̄sctm̄. Manifestū est igitur a pagāis iudeis ꝛ hereticis blasphemari spm̄sctm̄. Nūqd ergo deserēdi sunt ꝛ sine vlla spe deputādi? quibꝰ si nō est dimissum vbū qd dixerūt ɔtra spm̄sctm̄ maniter eis pmittit q in baptismo siue in eccl'ia remissionē accipiāt pctōꝝ. Non eñ dictū est: non remittet ei in baptismo: sed Neq in hoc seculo neq in futuro: ꝛ sic illi soli estimādi sunt ab hmōi grauissimi pcti reatu liberi: qui ab infantia sunt catholici. Nōnullis aūt vr̄ eos tantūmō peccare in spm̄sctm̄ qui lauacro regenerationis abluti in eccl'ia: ꝛ accepto spū sctō velut tāto postea dono saluatoris ingrati mortifero aliq̄ pctō se imerserūt: qualia sunt vel adulteria vl homicidia vel ipsa discessio a nomine xpiano siue catholica eccl'ia. Sed iste sensus vnde probari possit ignoro cū ꝛ pnie quorūcūq crimi nū locus in eccl'ia nō neget: ꝛ ipsos hereticos ad hoc vtiq corripiēdos dicat apl's. Ne forte det illis deꝰ penitētiā ad cognoscēdā veritatē. Postremo non ait dñs: qui fidelis catholicus

Cōcordantia euāgelioꝝ.

Blasphe miepec catum q̄uo.

quicunque dixerit verbū ꝯtra spiritū sctm̄:sed q̄ dixerit:h est quicūq dixerit:nō remittet ei:neq in h seculo neq in futuro.Augu.de ser.do. in mōte.Uel aliter dicit Joannes apls.Est pctm̄ ad mortē:nō pro eo dico vt roget qs.pctm̄ aūt fratris ad mortē dico esse:cū post dei agnitionē per grām dn̄i nostri iesu xp̄i quisq oppugnat fraternitatem aut aduersus ipam gratiā qua recōciliatus est deo inuidētie facib⁹ agitatur.Hui⁹ pcti tanta labes est:vt deprecādi hūilitatē subire nō possit:etiam si pctm̄ suum mala ꝯscia ⁊ agnoscere et annunciare cogatur. Quis mentis affectionē ꝑpter pcti magnitudinē iam de dānatione aliquos habere credendus est?et hoc fortasse est peccare in spm̄sctm̄.i.ꝑ malitiā ⁊ inuidiam fraternā impugnare charitatē:post acceptā gratiam spūscti:qd pctm̄ dn̄s neq hic neq in futuro seculo dimitti dicit. Un̄ queri pōt vtrum in spm̄sctm̄ iudei peccauerint qn̄ dixerūt q i beelzebub pricipe demonorū domin⁹ demonia expellebat.vtrū em̄ h in ipm̄ dn̄m dictū accipiam⁹:qr de se dicit alio loco.Si patremfamilias beelzebub vocauerūt quātomagis domesticos eius?an qm̄ de magna inuidētia dixerāt ingrati tā pñtib⁹ bn̄ficijs q̄uis nōdū xp̄iani fuerint:tn̄ ꝑpter ipam inuidētie magnitudinē in spm̄sctm̄ peccasse credendi sunt?Non em̄ hoc colligit de ꝟbis dn̄i:videri tn̄ potest adhuc eos monuisse vt accedant ad grām:⁊ post acceptā gratiā nō ita peccēt vt nūc peccauerūt.Nunc em̄ in filiuz hoīs dixerūt ꝟbū neq̄:⁊ pōt eis dimitti si cōuersi fuerint et ei crediderint. Si aūt postq̄ spm̄sctm̄ acceperint:fraternitati inuidere ⁊ gratiā quaz acceperunt oppugnare voluerint:non eis dimitti:neq in hoc seculo neq in futuro.Nam si eos sic haberet ꝯdēnatos:vt nulla spes illis reliqua eēt:nō adhuc monēdo iudicaret cū addidit dicens.Aut facite arborē bonā ⁊c.Aug.in lib.retrac.

Hoc aūt nō cōfirmauit:qr hoc putare me dixi:sed tn̄ addendū fuit si in hac tā scelerata mētis peruersitate definierit hanc vitaz:quoniā de quocūq pessimo in hac vita constituto nō est vtiq desperandū:nec pro illo imprudēter orat:de q̄ non desperatur.Aug.de ver.do.Est autem magnū secretū hui⁹ q̄ōnis.Lumē ḡ expositionis a dn̄o queraf.Dico autē charitati vestre forte in oībus scripturis sanctis nulla maior questio:nulla difficilior inuenit.Prius ḡ vt aduertatis admoneo non dixisse dominū.Oīs blasphemia spūs non remittet:neq dixisse.q̄ dixerit quodcūq verbū ꝯ spm̄sctm̄:sed q̄ dixerit verbum. Quapropter non est necesse vt oēm blasphemiā ⁊ oē ꝟbū:qd dr ꝯ spm̄sctm̄:remissionē quisq existimet nō habere:sed necesse est plane vt sit aliquod verbum qd si dicatur ꝯ spm̄sctm̄:nullā remissionē mereat.solēt em̄ scripture ita loqui vt qn̄ alidd sic dr vt neq ex toto neq ex parte dictū sit:non sit necesse vt ex toto fieri possit:vt ex parte non intelligatur:sicut cum dn̄s dixit iudeis.Si nō venissem et locutus eis nō fuissem pctm̄ nō haberent.Non em̄ ita dictum est:vt sine vllo oino pctō vellet intelligi futuros fuisse iudeos.sed esse aliqd pctm̄ quod nō haberēt nisi xp̄s venisset.Quis autem sit iste modus ꝯ spm̄sctm̄ ordo postulat vt dicam⁹.Insinuat siquidē nobis in pr̄e auctoritas:i filio natiuitas:in spūsctō pr̄is filijq communitas.Qd ergo cōe est patri ⁊ filio.⁊ per hoc nos voluerunt habere cōionem ⁊ inter nos ⁊ secum.Charitas em̄ dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spm̄sctm̄ q̄ dat⁹ est nobis. ⁊ qr pctis alienabamur a possessione bonorum verorum:charitas operit multitudinē pctōrum.Quod em̄ xp̄us in spūsctō pctā dimittat huic intelligi pōt q cum dixisset discipulis.Accipite spm̄sctm̄.continuo subiecit.Si cui dimiseritis pctā:dimittentur illi.Primū itaq credentium beneficiū est in spiritusctō remissio

Questio pulchra.

Secretū agit

pctõꝝ:ↄtra hoc donũ gratuitũ loquitur cor impenitẽs.ipsa ergo impenitentia est ipsa blasphemie que non remittetur neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro.Cõtra eñ spiritũsctm̃ quo peccata dimittuntur verbũ valde maluꝫ siue cogitatione siue lingua sua dicit:qui fm duritiã cordis sui et cor impenitens thesaurizat sibi irã in dei ire:hec oino impenitẽtia nõ hꝫ remissionẽ neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro:qꝛ pnia impetrat remissionẽ in hoc seculo que valeat in futuro:sed ista impnia q̃diu quisqꝫ in hac carne viuit:non potest iudicari.de nullo eñ desperãdũ est q̃diu patientia dei ad penitẽtiã adducit. Quid eñ si isti quos in quocũqꝫ genere erroris notas:ꝛ tãq̃ desperatissimos dãnas anteq̃ istam vitã finiãt:agãt pniam:ꝛ inueniãt veram vitam in futuro?Hec aũt blasphemia q̃uis prolixa ꝛ pluribus verbis contexta sit:solet tñ scriptura etiã multa verba verbũ appellare. neqꝫ eñ vnũ verbũ locutus est dñs cum ppheta:ꝛ tñ legitur.Uerbum qđ factũ est ad illũ vel ad illũ prophetam.Hic aũt fortassis aliqs querat vtrum tm̃mõ spũsctũs pctã dimittat:an ꝛ pater ꝛ filius.rñdemus ꝙ ꝛ pater ꝛ filius.ipse eñ filius de patre dicit.Dimittet vobis pr vester pctã vestra.ꝛ de se ait.Filius hoĩs ptãtem hꝫ in terra dimittẽdi pctã. Cur ergo illa impnia que nũq̃ dimittitur solũ ad spũsctĩ blasphemiã dr pertinere:tãq̃ ille q̃ in hoc impnie pctõ fuerit obligatus: dono spũsctĩ resistere videat:ꝙ eo dono fiat remissio pctõꝝ:sed peccata:qꝛ preter ecclesiã nõ dimittuntur in eo spũ dimitti oportebat quo in vnum ecclesia congregatur. Remissio ergo pctõꝝ quã tota trinitas facit pprie ad spm̃sctm̃ dr pertinere.ipse enim spũs adoptionis filiorũ in quo clamamus abba pr:vt ei possimus dicere.Dimitte nobis debita nr̃a:et in hoc cognoscimus sicut dicit ioãnes. Qm̃ xp̃s manet in nobis de spũsctõ que dedit nobis.Ad ipsum etiã ptinet societas qua efficimur vnũ corpus vnici filij dei:qꝛ quodammodo societas patris ꝛ filij est ipse spiritussctus.quisquis ergo reus fuerit impenitentia cõtra spm̃sctm̃:in quo vnitas ꝛ societas cõionis congregatur ecclesie:nũq̃ illi remittitur.Chry. Uel aliter fm primam expositionez. Judei quidẽ ignorabant christũ qs esset:spiritus aũt sancti sufficiẽs acceperant experimentũ:etenim pphete per eũ locuti sunt.Quod ergo dicit hoc est.Esto ꝙ me offenditis propter carnẽ circũpositam:nunquid ꝛ de spũsctõ habetis dicere:qm̃ ignoramus eũ?ppter hoc non ignoscibilis est vobis hec blasphemia:et hic ꝛ illic dabitis vindictam:qꝛ eniz demones eijcere ꝛ sanitates perficere spũssancti est.Nõ ergo mihi contumelias infertis solum:sed spiritui sancto.ideoqꝫ vobis ineuitabilis erit condemnatio et hic et illic.Etenim hoim hi quidem hic solũ puniuntur: sicut qui indigni participauerunt mysterijs apud corinthios.hi autez illic solum sicut diues in inferno:hi autẽ hic ꝛ illic:sicut ꝛ ipsi iudei qui ꝛ hic itolerabilia passi sunt hierusalem capta ꝛ ibi difficillimũ sustinẽt penã.Raba.In hac autem auctoritate extinguitur heresis Origenis:q̃ asserit post multa secula oẽs peccatores veniam consecuturos:que refellitur per hoc qđ dicitur:ꝙ non remittetur neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro.Grego.in dialogo.Datur etiaꝫ intelligi quasdam culpas in hoc seculo:quasdam vero in futuro relaxari:qđ enim de vno negatur de quibusdam cõceditur:sed tamẽ hoc de paruis minimisqꝫ pctis fieri posse credendũ est:sicut est assiduus ociosus sermo immoderatus risus vel pctm̃ cure rei familiaris:q̃ vix sine culpa vel ab ipsis agitur q̃ culpã qualiter debeãt declinare sciunt:aut in nõ grauibus culpis error ignorãtie que etiã post mortẽ grauant:si non in hac vita adhuc positis minime fuerint relaxata.Hoc tñ sciendũ est quia illic saltez de minimis nil q̃sqꝫ

Remissio peccatorũ est opus trinitatis.

Triplex expõitio peccatorum.

purgatiõis obtinebit: nisi qui hoc bonis actibus in hac vita posit⁹ vt obtineat promeretur.

¶ Aut facite arborẽ bonã et fructũ eius bonũ: aut facite arborem malã ꝛ fructuꝫ ei⁹ malũ. Siquidem ex fructu arbor agnoscit. Progenies viperarũ: quõ potestis bona loqui cũ sitis mali? Ex abũdãtia enĩ cordis os loquitur. Bon⁹ hõ de bono thesauro ꝓfert bõa: ꝛ mal⁹ hõ de malo thesauro profert mala.

¶ Chry. Post priores redargutiões rursus eos aliter ↄfundit. Hoc aũt facit: nõ vt seipm̃ accusatiõe liberet. ad hoc enĩ sufficiebãt priora: sꝫ eos corrigere volẽs. vñ dr̃. Aut facite arborẽ bonã ꝛ fructũ ei⁹ bonũ: aut facite arborẽ malã ꝛ fructũ eius malũ. Ac si dicat. Null⁹ vr̃m dixit ꝙ malũ est aliquẽ a demõe liberare: sed qꝛ opib⁹ nõ maledicebãt: sꝫ diabolũ dicebãt hoc operãtẽ: demõstrat ꝙ hec accusatio ẽ pter ↄñaꝫ rerũ ꝛ pter cões ↄceptiões. talia aũt ↄfingere ẽ imẽse verecũdie. Hiero. Cõstrigit ergo eos syllogismo quẽ greci vocãt aficton: nos ieuitabilẽ possum⁹ appellare: q̃ iterrogatos hicinde ↄcludit: ꝛ i vtroque cornu pmit. Si inquit diabol⁹ mal⁹ ẽ: bõa opa facere nõ pt̃. si aũt bõa sũt que facta cernitis: sequit vt nõ sit diabolus q̃ illa fecit: neqꝫ enĩ fieri pt̃ vt ex malo bonũ: aut ex bono oriat malũ. Chry. Etenĩ arboris dijudicatio a fructu appet: nõ fructus ab arbore. vñ sequit. Siquidẽ ex fructu arbor cognoscit. Et si ei arbor fruct⁹ ẽ cã: sꝫ tñ fruct⁹ arboris est demõstratiu⁹. vos autẽ ↄriũ facitis. In opib⁹ enĩ nihil accusare habẽtes ↄriã de arbore fertis sniam: me demoniacum appellãtes. Hi. Sic ergo in pñs iudeos refellit: q̃ cũ intelligerent xp̃i opa vltra hũanã eẽ ṽtutẽ: noluerũt tñ ea q̃ dei sunt ↄfiteri: futurã vero oẽm fidei puersitatẽ coarguit: eorũ scꝫ q̃ diuinitatẽ ꝛ cõionẽ pr̃ne sube dño detrahẽtes in diuersa heresuꝫ studia efferbuerũt: neutrum facientes: nec inter gẽtes sub venia ignorãtiõis habitãtes: nec in ṽitatis cognitiõe versantes. Arborẽ se in corpore positũ signat: qꝛ p iteriorẽ virtutis sue fecũditatẽ exeat vbertas hois in fruct⁹. igit arbor bõa faciẽda cũ fructib⁹ bõis est: aut mala cõstituẽda cũ malis fructib⁹: nõ ꝙ arbor mala possit cõstitui q̃ bona est: nec ecõtrario. Sꝫ vt per hãc significãtiã itelligerem⁹ xp̃ꝫ tãꝙ vtilẽ relinquẽdũ: aut tãꝙ bonorũ fructuuꝫ vtilitate retinẽdũ. Ceterũ mediũ se agere ꝛ in xp̃m aliquid deferre: negare q̃ maxima sunt venerari tãꝙ deũ dei cõione spoliare blasphemia spirit⁹ est: vt cũ p admirationẽ tantorũ operũ dei nomẽ detrahere nõ audeas p maliuolẽtiã mẽtis gñositatẽ ei⁹ abnegata pr̃ne sube cõione deturpas. Aug. de ṽ. do. Uel in hoc admonuit nos dñs vt bõe arbores sim⁹: vt bonos fruct⁹ ꝓducere possim⁹. vbi enĩ ait. Facite enĩ arboreꝫ bonã ꝛ fructũ ei⁹ bonũ: est pceptuꝫ salubre: cui obedientia est necessaria. Qd̃ aũt dicit. Facite arborẽ malã ꝛ fructũ ei⁹ malũ. nõ pceptũ ẽ vt faciatis: sed monitio vt caueatis. Cõtra hos enĩ dixit: q̃ putabãt se cum mali essent: bona loqui posse vel bõa opera habere: hec dñs dicit esse nõ posse. Pri⁹ enĩ est mutãd⁹ hõ vt opa mutent. si enĩ manet hõ i eo ꝙ mal⁹ est bõa opa hr̃e nõ põt. si manet in eo qd̃ bonũ ẽ: mala opa hr̃e nõ põt. Oẽs ergo malas arbores xp̃s inuenit: sꝫ dedit ptãtẽ filios dei fieri credẽtib⁹ in noie ei⁹. Chry. Qꝛ ṽo nõ ꝑ se ipõ: sꝫ ꝑ spũsctõ facit sermonẽ: eos cõuenienter icrepat dicẽs. Progenies viperarũ: quõ potestis bõa loqui cũ sitis mali? Hoc aũt dixit ꝛ eos incusans: ꝛ eorũ q̃ dicta sũt demõstrationẽ ex ipsis pbẽs. q. d. Ecce vos cũ sitis arbores male: nõ potestis portare fructũ bonũ: nõ ergo miror ꝙ hec loquimini. etenim male nutriti

Consequẽtia christi.

estis a malis pgenitoribus z mentē malā hētis. Et vide ꝙ non dixit. Qualr potestis bona loqui cū sitis pgenies viperarū? Nihil eniȝ hoc ad illud pertinet: sȝ qualr potestis bona loq̄ cū sitis mali? Progenies aūt viperarū eos dixit: q̄ in pgenitorib⁹ gloriabanť: vt ergo excluderet eoꝝ supbiā: separauit eos a cognatiōe abrahā attribuēs eis pgenitores similiū morū. Rab. Uel progenies viperarū .i. filios et imitatores diaboli eos appellat: quia sciēter bonis operib⁹ detrahūt qd̄ diabolicū est. vñ seq̄tur. Ex abundātia em̄ cordis os loquiť. Ille hō ex abūdantia cordis loquiť: qui non ignorat ex qua intētiōe verba pmātur: qd̄ aperti⁹ ostēdere volēs subiūgit. Bon⁹ hō de bono thesauro profert bona: z malus hō de malo thesauro profert mala. Thesaur⁹ cordis intentio est cogitationis ex qua interius arbiter iudicat pvētū opis vt aliqn̄ maiora minorē hēant mercedē: aliqn̄ ob icuriā cordis tepidi maiorū virtutū opa ostētantes minora a dño premia sortiunť. Chry. Ex his etiā demōstrat suā deitateȝ scientē cordis occulta: qm̄ non verborū solū: sȝ et malarū cogitationū exoluent vindictā. Est autē nature ɔtinētia supemanētis iter nequitie ꝟba per os extra effundi: q̄re cū audieris hoīem male loquētē: multo ampliorē extimes neq̄tiā ꝙ verba demonstrāt. Qd̄ em̄ exteri⁹ dr̄ est superfluētia ei⁹ quod intus est: in quo eos vehementer tetigit. Si eniȝ qd̄ dictū est ab eis ita est malum: excogitata radix verboꝝ ꝙ magna est? Cōtigit aūt hoc decēter. lingua em̄ cōfusa multotiens nō repēte effundit neq̄tiā: cor aūt nullum hominū habēs testē: sine timore q̄cunq; vult pertulit mala. dei enim non multa cura est ei: sed cū augeť multitudo malorum que intus sunt: q̄ interim occultabanť: extra p ꝟba pueniūt. Et ideo dicit. ex abundantia cordis os loquitur. Et ꝙ hō de thesauris cordis loq̄tur. Chry. In hoc aūt qd̄ dicit. Bonus hō de bono thesauro zc. Uel ipsos iudeos deū blasphemātes ondit de q̄li thesauro blasphemiā pferāt. Uel cū superiori q̄one heret sñia: ꝙ quomodo non possit bonus homo pferre mala nec malus bona: sic nō possit xp̄s mala: nec diabolus bona opera facere.

Intentio est thesaurus cordis.

Dico aūt vobis: qm̄ oē ꝟbū ociosuȝ qd̄ locuti fuerit hoīes: reddēt rōnē de eo in die iudicij. Ex ꝟbis em̄ tuis iustificaberis: et ex verbis tuis condemnaberis.

Chry. Post p̄missa eis dñs multū timorē incutit: ostendens ꝙ vltimā dabūt vindictā q̄ talia deliquerūt. vñ dicit. Dico aūt vobis qm̄ omne ꝟbū ociosuȝ qd̄ locuti fuerit homines: reddēt rōnē de eo i die iudicij. Hiero. Et est sensus. Si ociosuȝ ꝟbū qd̄ nequaꝙ edificat audiētes: nō est absq; periculo ei⁹ qui loquiť z i die iudicij reddet vnusq̄sq; rōnē ꝟmonū suoꝝ: q̄tomagis vos q̄ opa scti spūs calūniamini: et dicitis me in beelzebub eijcere demonia: redituri estis rationē calūnie vestre? Chry. Nō aūt dixit. Qd̄ locuti estis vos simul quidē oē hoīm erudiens gen⁹: silr aūt min⁹ onerosuȝ faciens suū sermonē. Ociosum autē verbū est qd̄ mēdax ē: qd̄ calūniā hȝ. Quidā aūt dicunt: qm̄ z vanū q̄le est qd̄ risuȝ monet inordinatū: vel turpe: vel inuerecundū. Grego. in ho. Uel ociosuȝ ꝟbū ē: qd̄ aut vtilitate rectitudinis: aut rōne iuste necessitatis caret: qd̄ .s. sine vtilitate z loquētis dr̄ z audiētis: si omissis serijs de rebus friuolis loquamur: et fabulas narremus antiq̄s. Ceterū q̄ scurrilia replicat: z cachinnis ora dissoluit: z aliq̄d pfert turpitudinis: hic nō ociosi ꝟbi sed criminosi tenebiť reus. Re. Ex superiorib⁹ aūt ꝟbis adhuc seq̄ns dependet sñia cū dr̄. Ex ꝟbis em̄ tuis iustificaberis z ex verbis tuis ɔdēnaberis. Nō est dubiū q̄ vnusq̄sq; de ꝟbis suis malis

Uerbū ociosum qd̄ dicat.

que loquitur condēnabit. Uerūtamen qz ex bonis ꝟbis nō iustificatur q̄s: nisi ex intimo corde ꝛ deuota intentione ea ꝓferat. Chry. Uide aūt qz nō ē onerosum hoc iudiciū: non ex q̄b⁹ alius dixit de te: sed ex q̄bus ipse locut⁹ es s̄nias iudex feret. Nō igitur accusatos timere oportet: sʒ accusantes: nō enim illi cogunt accusare se ꝓ his malis q̄ audierunt: sed hi pro his que male dixerunt.

¶ Tūc rn̄derūt ei q̄dā de scribis et phariseis dicentes. Magr̄ volum⁹ a te signum videre. Qui rn̄dēs ait illis. Gn̄atio mala ꝛ adultera signū q̄rit: ꝛ signū nō dabit ei nisi signū ione ꝓphete. Sicut em̄ fuit ionas in ventre ceti tribus dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctib⁹: sic erit fili⁹ hominis in corde terre trib⁹ dieb⁹ et tribus noctibus.

¶ Chry. Qz dn̄s supi⁹ multotiēs ꝟbis inuerecūdā phariseoꝝ obstruxerat linguā: rursus ad opa veniunt. q̄d admirās euāgelista dicit. Tunc rn̄derūt ei q̄dā de scribis et phariseis dicētes. Magr̄ volumus a te signū videre. Tūc .s. cū flecti oportebat: cū admirari: cū obstupescere: sʒ tūc a malitia nō desistūt. Dicūt em̄ volumus a te signū videre: vt eū capiant. Hie. Sic signa postulāt: quasi q̄ viderāt: signa nō fuerint: sed in alio euāgelista q̄d petant pleni⁹ explicat. Uolum⁹ a te signū videre de celo: vel in more helie ignē de sublimi venire cupiebant: vel sil̄itudinē samuelis tp̄e estiuo ꝯtra naturā loci mugire tonitrua: coruscare fulgura: imbres ruere: quasi non possint ꝛ illa calumniari ꝛ dicere ex occultis ꝛ varijs aeris passiōib⁹ accidisse, nā q̄ calūniaris ea q̄ oculis vides manu tenes: vtilitate sentis q̄d factur⁹ esses in his q̄ de celo veniūt? vtiqꝫ respōdebis ꝛ magos in egypto multa signa fecisse de celo. Chry. Uerba āt eoꝝ adulatiōe ꝛ ironia sunt plena ꝛ pri⁹ q̄dē ꝯuitiabāt demoniacū dicētes. nūc aūt adulantur: vocantes eū magistrū: propter hoc ꝛ dn̄s eos vehementer arguit. vn̄ seq̄tur. Qui rn̄dens ait illis. Generatio mala ꝛ adultera signū querit. Et q̄dē cū ei ꝯuitiabant: māsuete eis rn̄debat. cū autē adulabātur: ꝯuitiose: demōstrās q̄ vtraqꝫ passione erat supior: ꝛ neqꝫ ꝯuitijs in irā deducit: neqꝫ ab adulatiōe mollit. Q̄d āt dicit tale ē. Quid miꝝ si hoc in me facitis: q̄ ignotus sū vobis: cū in patrē cuius tantā accepistis experientiā hoc idē fecistis: derelicto eo ad demones currētes? ꝓropter hoc aūt eos dicit generationē malā: qz igrati semꝑ facti sunt circa benefactores ꝛ bn̄ficijs deteriores fiunt: q̄d est vltime malitie. Hieron. Egregie aūt dixit: ꝛ adultera: qz dimiserat virū: ꝛ iuxta ezechielē multis se amatorib⁹ copulauit. Chrys. Vn̄ ꝛ monstrat se patri equalē si ei nō credere generationē adulteram facit. Raba. Deinde rn̄dere incipit nō eis signū de celo q̄d idigni erāt videre: sʒ de ꝓfundo īferni tribuēs. Discipl'is aūt suis signū de celo dedit q̄bus eternā btitudinis gl'iā: et pri⁹ in mōte figuralr': ꝛ postꝟaciter in celū supleuat⁹ ōndit. vn̄ seq̄t. Et signū nō dabit ei nisi signū ione ꝓphete. Chry. Qz nō vt eos iduceret signa faciebat. sciebat em̄ eos lapideos eē: sʒ vt alios emēdet: aut q̄m nō acciperēt signū: q̄le est illud q̄d petebāt. Signū em̄ eis factū est: q̄n per ꝓpriā penā cognouerūt ei⁹ ꝟtutē. hoc igit occulte insinuans dicit. Signū non dabitur ei. ac si diceret. Multa bn̄ficia demōstraui: nihil horū vos allexit ad venerandū meam virtutem: quā cognoscetis per penā q̄n ciuitatē vestrā in terram proiectam videbitis. Interim aūt s̄mone de resurrectione iterponit: quē cognituri erāt per ea q̄ postea erāt passuri dicens. Nisi signū ione prophete. Crux em̄ ꝑfecto credita non

Signa referūtur.

vñ credita est mũdo. esset:nisi signa testantia habuisset. Hac aũt non credita et resurrectio vtiq; credita nõ esset:ꝓpter hoc ⁊ signũ hoc vocat:⁊ figurã in medium fert vt ṽitas credat.vñ seqtur. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹ ⁊c. Rab. Ostẽdit iudeos ad instar niniuitarum criminosos:⁊ nisi peniterẽt subuersioni proximos:sed sicut illis denũciatur supplicium et demonstratur remediũ:ita iudei non debẽt desperare veniã:si saltẽ post xp̄i resurrectionẽ egerint penitentiam. Jonas enim.i.columba vel dolẽs:signum est eius sup quẽ descendit spũssanctus in specie columbe:et qui dolores nostros portauit. Piscis qui ionam deuorauit in pelago significat mortem quam xp̄s passus est in mũdo. Trib⁹ diebus ⁊ noctib⁹ fuit ille in ventre ceti:⁊ iste in sepulchro. ille eiectus est in aridam:iste resurrexit in gloriã. Augu. de con. euan. Quidã aũt modũ locutiõis scripture nesciẽtes:noctẽ voluerũt aduertere tres illas horas a sexta vsq; ad nonam quibus sol obscuratus est: et diẽ tres horas alias quibus iterũ terris est redditus.i.a nona vsq; ad eius occasum. Sequit enim nox futura sabbati:qua cũ suo die computata erunt iam due noctes ⁊ duo dies. Porro autẽ post sabbatũ seqtur nox prime sabbati.i.illucescentis diei dñici:in qua tũc domin⁹ resurrexit. Erunt ergo due noctes et duo dies:et vna nox etiã si tota posset intelligi:nec ostenderemus ꝙ illud diluculũ pars eius extrema sit. quapropter nec annumeratis illis sex horis:quarum tribus tenebratus est ⁊ trib⁹ illuxit cõstabit ratio triũ dierũ ⁊ triũ noctiũ. restat ergo vt hoc inueniat illo scripturarũ vsitato loquẽdi modo quo a parte totũ intellige. Hiero. Non ꝙ oẽs tres dies ⁊ tres noctes in inferuz fecerit:sed ꝙ in parte parasceues ⁊ dominice:⁊ tota die sabbati tres dies

triduũ ergo. ⁊ tres noctes intelligant. Aug. iiij. de tri. Ipz enĩ triduũ nõ plenũ ⁊ totum fuisse scriptura testis est:sz primus dies a parte extrema tot⁹ annumerat⁹ est:dies ṽo terti⁹ a parte pria ⁊ ipse tot⁹:medi⁹ aũt īter eos i.secund⁹ dies absolute tot⁹.xxiiij. horis suis .xij.nocturnis. xij.diurnis:nox enĩ vsq; ad diluculũ q̃ dñi resurrectio declarata est:ad tertiũ ptinet diẽ. Sicut enĩ primi dies ꝓpter futuz hois lapsuz a luce in noctẽ:ita isti ꝓpter hois reparationẽ a tenebris in lucẽ cõputant. Chry. Nõ aũt manifeste dixit:ꝙ resurgeret q2 eũ derisissent:sed occulte insinuat:vt ⁊ illi crederẽt qđ prescíuit. Nõ aũt dixit in terra:sz in corde terre:vt ⁊ sepulchrũ ondẽderet:⁊ ꝙ nullus solã mortis apparẽtiã suspicetur Et tres dies ꝓpter hoc posuit: vt credat ꝙ mortu⁹ est. Sz ip̄a figura veritatẽ demõstrat:nõ enĩ fuit ionas in vẽtre ceti in phãtasia:sed in ṽitate:neq; figura fuit in veritate: ⁊ ṽitas in imaginatiõe: propter qđ manifestum est ꝙ filij sunt diaboli marchionẽ sequẽtes:q̃ xp̄i passionẽ phãtasticã esse asseruit:⁊ ꝙ pro eis esset passur⁹ lz eis non ꝓficeret ostendit:p hoc innuit ꝙ illi gñationi signum daretur Jone prophete.

¶ Uiri niniuite surgẽt ĩ iudicio cũ gñatiõe ista ⁊ cõdẽnabũt eã:q2 pniaz egerũt in p̄dicatiõe ione. Et ecce plus ꝙ̄ ionas hic. Regina austri surget in iudicio cũ gñatiõe ista ⁊ condẽnabit eam:q2 venit a finib⁹ terre audire sapiẽtiam salomonis. Et ecce plus ꝙ̄ salomon hic.

¶ Chry. Ne aliqs existimaret ꝙ talia deinceps futura eẽnt in iudeis qualia niniuitis cõtigerãt:vt sicut Jonas illos cõuertit ⁊ ciuitas fuit a periculo liberata:ita isti post resurrectionẽ ꝯuerterent:dñs nũc totũ ꝯtrũ ostẽdit:qm̃.s.ex bñficio passionis nullũ fructũ ꝯceperũt:sed ⁊

grauia patient̃:vt infra oñdit p exē plū demonis. Interim aūt ostēdit q iuste patient̃ dicens. Uiri niniuite surgent in iudicio cū gñatione ista. Re. Ostēdit aūt dñs his ṽbis vnam eē maloꝛū z bonoꝝ resurrectionem futurā:ɔ̃ quosdā hereticos:q̄ dixerunt vnā esse resurrectionem bonorū z alterā maloꝛū. Destruit̃ ēt his ṽbis fabula iudeoꝛū:qui solēt dicere q añ iudiciū mille ānis celebret̃ resurrectio:apte his ṽbis ostēdēs: q₂ mox vt celebrabit̃ resurrectio celebrabit̃ z iudiciū. Et condēnabunt eam. Hie. Non snie ptāte:sed cōparationis exemplo. vnde subdit. Q₂ pniam egerūt in predicatione ione: z ecce plus q̄ ionas h̃. Hic aduerbiū loci:nō pnomē itelligas. Jonas ẞm septuagita interp̃tes triduo p̄dicauit:ego tāto tpe:ille assyrijs gēti incredule: ego iudeis pplo dei. Ille voce locut⁹ ē simplici:nihil signoꝛū faciēs:ego tāta faciens beelzebub calūniā sustineo. Chry. Nō aūt hic stat dñs:sed z aliā annunciationem adiūgit dicēs. Re.au.sur.i iu.cū ge. ista z condē.eā:q₂ ve.a fi.ter.au.sap. salo. Jstud plus fuit q̄ prius. Jonas em̄ ad illos abijt:regina aūt austri non expectauit salomonē ad ipsam ire:sed ipsa ad eū accessit:et mulier z barbara:z tantū remota:non mortē formidās sola cupidine verboꝛū sapientū. Ibi ergo mulier aduenit: hic ego veni. Et ipsa quidē a finib⁹ terre surrexit:ego autem ciuitates et castra circumeo. Et illa q̄dem de arboꝛibus z lignis disputauit:ego aūt de ineffabilib⁹ mysterijs. Hier. Eodē ergo mō cōdēnabit regina austri pplm̄ iudeoꝛū:quo condēnabūt viri niniuitę israelē icredulū. Jsta est regina saba:de qua i regū volumine z in Paralipomenon legim⁹: q̄ p tātas difficultates gente sua et iperio derelictis:venit in iudeā sapiētiā audire salomonis:et ei multa munera obtulit. Jn niniue autem z in regina saba occulte fides natio nū p̄fert̃ israeli. Raba. Niniuite significant eos q̄ peccare desistunt:regina vero eos qui peccare nesciunt. pnia enim pctm̄ abolet:sapia cauet. Re. Pulchre aūt ecclia dogētib⁹ cōgregata regina d̃r:q₂ mores suos regere nouit. De q̄ psalmista. Astitit regina a dextris tuis. Austri aūt regina est:q₂ ardoꝛe spūsscti supabundat. Auster em̄ vēt⁹ calid⁹ significat spm̄sctm̄. Salomō aūt qui interp̃tatur pacific⁹ significat ipsum de quo dictū est. Ipse est pax nostra.

Ghalis resurrectio asseritur.

allegorie significatio.

¶ Cū autē imūd⁹ spūs exierit ab hoie:ābulat p loca arida q̄rens requiē z nō iuenit. Tūc dicit. Reuertar i domū meā vn̄ exiui. Et veniēs iuenit eā vacātē:scopismūdatā z oꝛnatā. Tunc vadit z assumit septē alios spūs secū nequioꝛes se:z intrantes habitāt ibi z fiūt nouissima hoīs illi⁹ peioꝛa prioꝛib⁹. Sic erit generationi huic pessime.

In consuetudine scripturarum. Apostolis eni salvatorē dicit nescientē; petmiqz non peccavit: pparat autē filius scientiam diei illius: z horam coheredibus sue pmissiōis: vt oēs simul sciant. i. re ipsa experiantur in illa hora z die q̄ pparavit deus diligētib⁹ se. Basi. Legi quoqz in cuiusdam libro filium hūc nō vnigenitū sed adoptiuum debere intelligi: non eni vnigenito filio angelos prepo- suisset: sic enim ait. Neqz angeli celorū neqz filius. Aug. ad esichium. Sic ergo euāgelium dicit. De die illa z hora nemo scit. Tu autē dicis. Ego aūt dico: neqz mensem neqz annum adventus ipsius scire posse: ita eni hoc videtur sonare tanq̄ nō possit sciri quo anno venturus sit: sed possit sciri qua hebdomada annorū vel qua decade tanq̄ dici possit atqz diffiniri. inter illos septem annos aut decem aut centū vel quolibet: seu maioris numeri seu minoris. tu autem hoc te non comprehendisse p̄sumis: hoc sentis quod ego. Chry. in ho. Ut autē addiscas q̄ non ignorātie sue est q̄ de die z hora iudicū tacet: aliud signum inducit cū subdit. Sicut aūt fuit in dieb⁹ noe ita fiet aduētus filii hōis. Hoc autē dixit ostendens q̄ repente venit et inopinate z pluribus lasciuientib⁹; hoc enim z Paulus dicit. Cum dixerint pax z securitas: tunc repentin⁹ eis superueniet interitus. vnde et hic subditur. Sicut enim erant in diebus illis ante diluuiū comedentes z bibētes. Rab. Nō igitur hic iuxta martionis z manichei errorem coniugia vel alimēta dānantur: cum in his successionis: in illis nature sint posita subsidia: sed immoderat⁹ licitorū vsus arguit. Hier. Querit autē quō supra scriptū est. Surget gens cōtra gentē: z regnū cōtra regnū: z erunt pestilētie z fames z terremotus: z nunc ea futura memorentur que pacis indicia sunt: sed estimandum q̄ post pugnas zc. quib⁹ vastat genus humanū: breuis subsecutura pax sit que cūcta ois repromittit: vt fides credētiū pprobet. Chry. in ho. Uel lasciuia erit z pax his que liensibiliter dispositi sunt: ppter hoc nō dixit apl's. Cū fuerit pax: sz cū dixerint: pax z securitas: insensibilitatem eorū ostendens: sicut illorū q̄ fuerūt in diebus noe qū mali lasciuiebant non aūt iusti: sed in tribulatione et tristitia ptransibant. Hinc aūt ostendit q̄ cum antixp̄s venerit: indicentes voluptates assumenē apud eos qui iniq̄ erunt: et de ppria desperabūt salute: z ideo exēplū ponit huic rei cōueniēs. Cū eni archa fabricaretur: preiacebat quidē in medio futura predicens mala. Mali autē credentes ac si nullum fuisset futurum malū lasciuiebāt: et q̄ futura apud multos credunē ex preteritis credibilia facit q̄ p̄dicit. Deinde aliud signum ponit per quod ostendit: q̄ inopinabiliter dies ille veniet: z q̄ ip̄e diem illum non ignorat dicens. Tūc duo erunt in agro: vnus assu. z al. relinquetur. Ex quibus verbis ostenditur q̄ assumentur z relinquētur: z serui z dñi: z qui i ocio z labore. Hila. Uel duos in agro duos populos fideliū et infideliū in seculo: tanq̄ in vite huius opere dies dñi dephēdet: separabunē tñ relicto alio et alio assumpto: in quo fideliū z īfideliū destructio docet. Dei enī ira ingrauescēte: scti i promptuario recondētur: perfidi vero ad celestis ignis materiā relinquenē: de molētib⁹ eni par rō est. vñ seqē. Due erūt mo. in mo. vna assu. z al. relin. Mola enim opus legis est: sed q̄ pars iudeorū vt p apostolos credidit: ita p heliā est creditura z iustificanda p fidē: iō vna p eandē fidem boni operis apprehendetur: alia vero infructuosa legis opere relinquetur moles incassum: z nō factura celestis cibi panem. Hie. Uel duo in agro pariter inuenienē eundē habentes laborē: z quasi parē sementem: sed fructus laboris non eque respiciētes. In duab⁹ etiā q̄ pariter molunt vel synagogam intelligere debemus vel ecclesiam: q̄ simul molere vi-

Martionis error elidit.

Allegorica expō.

deant in lege:⁊ de eisdē scripturis sanctis farinā terere preceptorum dei:vel ceteras hereses que aut de vtroq₃ testō aut altero videnť mole re farinā doctrinarū suarū. Sequitur. Duo in le. vnus assu. et vnus re lin. Hila. Duo autē in lecto sunt eā dem passionis dñice requié pdicantes:circa quā hereticorum ⁊ catholicorū eadē cōfessio est:s₃ q₃ vnitatē diuinitatis pr̄is ⁊ filij catholicorū fides predicabit:⁊ hereticorū falsitas impugnabit fidem confessionis vtrinsq₃ diuini arbitrij iudiciū cōprobabit:vnū assumēdo ⁊ aliū relinquēdo. Re. Uel his verbis tres ordines eccl'ie demōstranť:per duos in agro ordo pdicatoꝝ qb⁹ cōmissus est ager eccl'ie:p duos in mola ordo cōiugatoꝝ q̄ dū p diuersas curas nūc ad hec:nunc ad illa flectunť:q̄si molas in circuitu trahūt:p duos in lecto ordo cōtinentiū:quorū requies noie lecti designať. In his aūt ordinib⁹ sunt boni ⁊ mali:iusti ⁊ iniusti:et iō ex eis q̄dā relinquenť:⁊ q̄dā assumenť. Orige. Uel aliter. Corp⁹ q̄dē quasi infirmū in lecto est carnalium passionū:anima aūt molit in grani mola mundi:vel corporis sensus in agro mundi operantur.

¶ Uigilate ergo:q₃ nescitis q̄ hora dñs vester vētur⁹ sit. Illud aūt scitote qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur vētur⁹ esset:vigilaret vtiq₃ ⁊ nō sineret pfodi domū suā₃. Ideoq₃ ⁊ vos estote parati: q₃ nescitis qua hora fili⁹ hominis venturus est.

¶ Hila. Perspicue ōndit dñs q₃ supra dixit. De die aūt illa nemo nouit nisi pr̄ solus:q₃. s. non expediebat apl'is scire:vt pendule expectatiōis incerti:semp credāt eū eē vēturū:qué ignorāt qn̄ venturus sit:et iō quasi ex superiorib⁹ cōcludēs dicit. Uigila. ergo q₃ nesci. q̄ ho. do. ve. ven. sit. Et non dixit. Quia nescim⁹ sed nescitis. s. vt ostendat se diem iudicij non ignorare. Chry. in ho. Uult aūt eos semp in sollicitudine esse:ppter hoc dicit. Uigilate. Greg. Uigilat qui ad aspectū veri luminis oculos apertos tenet. Uigilat qui seruat operando qđ credit:vigilat qui a se torporis ⁊ negligētie tenebras repellit. Orige. Dicit autē q̄ simplicior est:qm̄ de scđo aduentu in quo vēturus fuerat:hūc dicebat sermonem:alius aūt q̄ intelligibilē ⁊ futurū in sensum discipulorū verbi dicebat aduētum:q₃ nondū erat in sensu eorū:quemadmodum erat futurus. Aug. ad esichiū. Non solū autē illis dixit vigilate qb⁹ tūc audientib⁹ loquebať:sed ēt illis q̄ fuerunt post illos annos:⁊ ad nosipsos:⁊ qui erūt post nos vsq₃ ad nouissimū eius aduentū:q₃ ad oēs pertinet q̄dāmō. tūc cū vnicuiq₃ veniet dies ille:cū venerit ei⁹ dies vt talis hinc exeat: qualis iudicand⁹ est illa die:ac per hoc vigilare d₃ ois xp̄ianus:ne imparatū eū ineniat dñi aduent⁹. Imparatū cū ieniet ille dies:qué imparatū inuenerit sue vite vltia dies. Orige. Uani aūt sunt oēs sine q̄ consūmationē mūdi scire se pfitenť qn̄ erit:siue qui vite ppríe finé scire se glorianť que₃ nemo cognoscere pōt nisi spūsancto illuminat⁹. Hie. Premisso autē prīsfamilias exēplo cur reticeat cōsummatiōis dié:manifestius docet cū subdit. Illud aūt sci. qm̄ si sci. prfa. q̄ ho. fur ven. es. vigi. vti. ⁊ nō sine. perfo. do. suam. Orige. Paterfamilias dom⁹ est sensus hominis:dom⁹ aūt eius est anima:fur aūt diabolus. Est aūt ois s̄mo cōtrarius q̄ nō p naturalé introitū intrat ad aiam negligētis:sed quasi q̄ foderit domū:primū destruēs q̄dā₃ naturalis edificia aie. i. naturales intellectus:⁊ p ipsam dirutionem ingressus spoliat aīam. Aliquotiens inuenit ds furé in ipsa perfossione:⁊ cōprehendens eū percussoré sermoné immittēs iterficit ipsum. Nō aūt in die fur venit:qn̄ illuminata est a sole iustitie aīa hois studiosi:sed in no

Vigilia spiritalis.

Tropologia.

ste.i.i tpe adhuc malitie pmanētis: in q̄ cū fuerit aliqs possibile est: z si nō habuerit ꝟtuté solis: q̄ tñ illustret ex aliq̄ splēdore ꝟbi: qd ē lucerna: adhuc q̄d ē manēs i malitia: sʒ tñ hñs ppositū melioꝝ z vigilātiū ne psodiaī hoc ei⁹ ppositū: vel i tpe tētationū: vel in q̄rūcūqꝫ calamitatuʒ marie fur solet venire: volēs psodere aie domū. Greg. Uel nesciēte pre familias fur domū ofodit: q2 dū3 a sui custodia spūs dormierit: improuisa mors veniens carnis nr̄e habitaculū irrūpit: z cū quē dñm dom⁹ dormiētē inuenerit necat: q2 dū ventura dāna spūs minime puidet: hūc mors ad suppliciū nesciente rapit: furi aūt resisteret si vigilaret: q2 aduētū iudicis q̄ occulte alas rapit p̄caués ei penitēdo occurreret: ne in penitēs piret. Horā ꝟo vltimā iccirco dñs voluit eē incognitā: vt semp possit eē suspecta: vt dū illā puidere minime possum⁹: ad illā sine intermissiōe pparemur. ppter qd seq̄r. Jōqꝫ esto. para. q2 ne. q̄ ho. fili. ho. vē. est. Chry. i ho. Hinc vr̄ ɔfundere eos q̄ nō tm̄ studiū faciūt aie sue: q̄tū studēt circa pecunias q̄ furē expectāt.

¶ Quisputas ē fidelis seruus z prudēs: quē cōstituit dñs supra familiā suā: vt det illis cibū in tpe? Btūs ille seru⁹ quē cū venerit dñs ei⁹ iuenerit sic faciētē. Amē dico vobis: qm̄ sup oīa bona sua ɔstituet eū. Si āt dixerit mal⁹ seru⁹ ille in corde suo. Morā facit dñs me⁹ venire: z ceperit pcutere cōseruos suos: māducet aūt z bibat cū ebriosis: veniet dñs serui illi⁹ i die q̄ nō sperat: z hora q̄ ignorat: z diuidet eū: ptēqꝫ ei⁹ ponet cū hypocritis: illic erit flet⁹ z stridor dētiū.

¶ Hila. Quānis dñs supra in communi nos ad indefensam vigilantie curā fuerit adhortat⁹: specialem tñ ppl̄i pncipib⁹ .i. epīs in expectatione aduentuqꝫ suo sollicitudiné mandat. Hūc eñ seruū fidelé atqꝫ prudētem ppositū familie significat: commoda atqꝫ vtilitates ppl̄i sibi commissi curanté. vñ dicit. Quisputans est fide. ser. z pru. quē3 consti. do. su. fa. suā: vt det illis ci. in tpe. Chry. in ho. Qd aūt dicit. Quisputas: nō est ignorātis: inuenit eñ z pr̄ interrogādo loqués: vt cū dicit. Adā vbi es? Re. Nec eñ signat hec interrogatio impossibilitaté pficiende virtutis: sʒ difficultaté. Glo. Rarus eñ est fidelis seru⁹ dño ppter dñm seruiés: oues xp̄i nō ad lucrum: sʒ p amore xp̄i pascēs: prudēs qui subditoꝝ capacitaté vitā z mores discutiat: quē ɔstituat dñs: qui. s. sit vocatus a deo z nō se iniecerit. Chrys. in ho. Duo aūt expetit ab hmōi seruo. s. prudētiā z fidé: fidelé eñ cum dicit: qm̄ nihil qd dñi sui est: sibi propriū fecit: nihil ēt de reb⁹ sui dñi vane z inaniter cōsumpsit. Prudenté aūt eū vocat: qm̄ cognouit id ad qd oportet dispēsare q̄ data sunt. Orig. Uel q̄ in fide proficit: z si nondū in ea perfectus est cōiter fidelis vocat: z q̄ naturalé h3 mentis velocitaté: dr prudens. Siquis aūt cōsideret: inueniet fideles multos z studiū fidei exercētes: non aūt z prudentes: qm̄ q̄ stulta sunt mūdi elegit deus. Et iterum videbit alios veloces q̄dé esse z prudentes: modice autem fidei. Cōuenire aūt in vnū fidelé atqꝫ prudētē: rarissimū ē. Ut aūt in tpe det cibū: necessariā h3 quis prudētiā: vt auté non adimat cibos indigentiū: opus est fides: qm̄ z fm simplicem intellectū op⁹ habemus: vt fideles simus ad dispensandū ecclesie reddit⁹. et nō deuoremus que sunt viduaꝝ: vt memores simus pauperū. z ne occasioné accipiētes ex eo qd scriptū ē. Dñs ɔstituit his qui euāgeliū predicāt de euāgelio viuere: amplius q̄ram⁹ q̄ cibum simplicē3 z necessa

Quis seruus fidelis.

ria vestiméta:r vt nec amplius teneamus nobis q̄ his qui necessitatem patiunt. Prudétes aūt vt prudéter intelligamus indigétiū cās: propter quas sunt indigétes: r vniuscuiusq; dignitaté: quō educatus est: r q̄tū necessariū hz. Multa eni sapiétia opus est ei q̄ bn̄ vult dispésare ecclesiasticos redditus. Sit et fidelis seruus r prudés vt nō effundat rōnabilem r spūalé cibū qbus nō opz: volés ondere se esse prudété illis. s. q̄ magis necessariū hñt v̄bū q̄ mores corrediscet: r vitā ɔponat: q̄ q̄ illumiat sciétie lucé: aut vt ne eis q̄ possunt acutius audire: pigeat exponere altiora: ne exponétes vilia cōténant ab his q̄ naturalr̄ sunt ingeniosi: aut p̄ exercitationem secularis sapientie acuti. Chry. in ho. Adaptatur etiam r ad p̄ncipes seculares hec parabola: vnūquēq; eni his q̄ hz ad ɔmunē vtilitaté vti opz: non ad nocumétū ɔseruoꝝ neq; ad pditioné suiipsius siue hz sapientiā siue principatū siue aliud quodcūq;. Rab. Dn̄s autē xp̄s est: familia aūt supra quā cōstituit est ecclesia catholica. Difficile est ergo inuenire in vno r vt prudés sit r fidelis: nō aūt ipossibile: nec ei beatificaret eū q̄ nō pōt esse cū subdit. Btūs ille seruus qué cū venerit dn̄s iesus inuenerit sic faciété. Hil. id est p̄cepto dn̄i sui obedientem: vt doctrine opportunitate v̄bū vite l eternitatis cibū alende familie dispéset. Re. Notādū aūt q̄ sicut magna distantia est meritoꝝ inter bonos predicatores r bonos auditores: ita magna distātia est p̄mioꝝ. Bonos eni auditores si vigilātes inuenerit: faciet discūbere: vt lucas dicit. Bonos aūt p̄dicatores sup oīa bona sua cōstituet. Vñ seq itr. Amē dico vobis: q̄m sup oīa bona sua cōstituet eū. Orige. vt. s. cōregnet cum xp̄o: cui oīa sua tradidit pater: sicut boni p̄ris filius sup oém p̄ris substātiā constitutus: participat hmōi dignitaté r gloriā fidelibus: r prudétibus dispésatoribus suis: vt sint r ipsi sup oém creaturā. Rab. Non vt soli sed vt pre ceteris eterna p̄mia habeant: tū pro sua vita: tū p gregis custodia. Hil. Vel super oia bona cōstituet. i. in dei gl'ia collocabitur: qr nihil est vltra quod melius sit. Chry. Deinde nō solū ab honore q̄ imminet bonis: sz a pena quā minat malis erudit auditoré cum subdit. Si aūt dixe. ma. ser. ille in co. suo. morā fa. do. me. veni. r cepe percutere. Augu. ad esichiū. Ex moribus huius serui appet animus eius: quos mores liscet breuiter magister bonus curauit exprimere. i. supbiā cū dicit. Et ceperit pcu. ɔser. suos. atq; luxuriā cū dicit. Mādu cet aūt r bi. cū ebrio. ne quod dicebat. Morā facit dn̄s meus: desiderio sui dn̄i dicere crederetur. Quō eni ardebat ille qui dixit. Sitiuit aīa mea ad deū viuū qn̄ veniaz. Dicédo eni qn̄ veniā. moras se ppeti moleste ferebat: qr et qd tpe accelerat: desiderio tardū videt. Orige. Peccat aūt in deū q̄cūq; ep̄s q̄ nō q̄si ɔseruus ministrat: sz q̄si dn̄s: r frequéter vt amarus dn̄s p vim dn̄at: r nō esuriétes suscipit: sz epulat cū ebriosis r semp somniat q̄ post multum tp̄is venturus est dn̄s. Raba. Typice et pōt intelligi cōseruos p cutere ɔscientias infirmoꝝ verbo vel exéplo vitiare. Hiero. Qd autez dicit. Ueniet dn̄s ser. il. in die q̄ non sperat r ho. q̄ igno. Ad hoc dicit: vt sciat qn̄ nō putat dn̄s tūc eū esse véturū: r vigilantie ac sollicitudinis dispésatores admonet. Porro q̄ dicit. Diuidet eū: nō est intelligédū q̄ gladio eū dissecet: sed a sctōꝝ ɔsortio eū seperet. Ori. Uel diuidet eū: qn̄ spūs eius. i. spirituale donū reuertet ad deū q̄ dedit eū. Ala aūt cum corpore suo vadet in gehénā. Iustus autē nō diuidit: sz aīa eius vadit cum spiritu. i. spūali dono ad regna celestia. Qui autē diuidunt: nō habent postmodū in se partem spiritualis doni q̄ erat a deo: sed relinquet pars q̄ est ipsoꝝ. i. aīa q̄ cū corpore puniet. vñ sequit. Et parté eius ponet cum hypocritis. Hiero. Cū his vez qui erant in agro r qui molebant:

tropologia.

et nihilominus derelicti sunt. Sepe enim dicimus hypocritam aliud esse et aliud ostendere: sicut et in agro et in mola idem facere videbantur: sed exitus diverse voluptatis apparuit. Raba. Vel etiam hypocritis suscipit partem suam .s. duplicem gehenne penam .i. ignis et frigoris. vnde sequitur. Ibi erit fletus et stridor dentium. ad ignem enim ptinet fletus oculorum: ad frigus stridor dentium. Orig. Vel fletus erit eis qui male in hoc mundo ridentes fuerunt: et his qui requieverunt irrationabiliter erit dentium stridor. nolentes enim dolores materialiter sufferre: compulsi tormentis dentibus strident illi .s. qui manducaverunt acerbitatem malitie. Ex his autem cognoscere est: quoniam non solum qui fideles sunt et prudentes: constituit dominus super familiam suam: sed etiam malos: et quod non soluat eos: de hoc quod constituti sunt a domino super familiam eius: sed vt dent in tempore cibos: et vt abstineant a speculationibus et comessationibus. Augu. ad esichium. Hoc autem seruo malo remoto qui proculdubio domini sui odit aduentum: constituamus ante oculos tres seruos bonos aduentum domini sui desiderantes. Si vnus eorum citius: alter tardius dominum suum dicat esse venturum: tertius de hac re suam ignorantiam confitetur: videmus tamen quis magis euangelio consonet. vnde dicit. Vigilemus et oremus: quia citius venturus est dominus. Alter dicit. Vigilemus quia breuis et incerta est vita ista: quamuis tardius venturus dominus. Tertius dicit vigilemus: quia breuis et incerta est ista vita: et nescimus tempus quando venturus est dominus. Quid autem aliud hic dicit quam quod cum audimus euangelium dicere. Vigilate quia nescitis qua hora venturus sit dominus: omnes quidem pre desiderio regni dei hoc volunt esse verum quod putat primus: deinde si factum fuerit gaudebit: cum illo secundus et tertius: si autem factum non fuerit: metuendum est ne inter ipsas moras perturbentur qui crediderant quod dixerat primus et incipiant domini aduentum non tardum putare sed nullum. Qui autem credit quod dicit secundus: tardius dominum esse venturum: si falsum fuerit nulli turbabuntur in fide: sed inopinato gaudio perfruentur. Qui autem quid horum verum sit ignorare se confitetur illud optat: hoc tolerat: in nullo eorum errat: quia nil eorum aut affirmat: aut negat.

Casus plebeer.

Cap.xxv.

Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere venit sponsus: et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniunt et reliqui virgines dicentes. Domine domine: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaque: quia nescitis diem neque horam.

Chry. In superiori parabola dominus penam ostendit eius qui percutiebat: et inebriabat: et bona domini sui dispergebat. In hac autem parabola punitionem inducit etiam ei qui vtilitatem non affert: neque copiose hec quibus indiget sibi prepa-

rat:habebāt eñi fatue vgines oleū: sed nō copiose.vnde dr.Tūc si.erit re.ce.de.vir.Hila.Jō aūt dicit.Tūc: qr de magno die dñi de q̄ supra agebat ois hic sermo est.Chry.Regnū aūt celorū p̄sentis tpis ecclesia dicit sicut ⁊ ibi.Mittet fili⁹ hois angelos suos:et colliget de regno ei⁹ oia scādala.Hier.Similitudinē aūt.x. virginū fatuarū atq̄ prudētiū q̄dā simplr interpretant in virginibus: quarū alie iuxta apostolū et corpore ⁊ mēte sunt virgines:alie virginitatē tm̄ corporꝫ reseruātes:vel cetera opa nō habēt:vel parētū custodia reseruante:nihilominus corde nupserūt.Sed mihi videt ex superioribus ali⁹ esse sensus q̄ dr.Et nō ad virginalia corpora:sed ad oē hoim genus hanc cōparationē pertinere.

Allegorica expō.

Greg.in ho.Jn q̄nq̄ eñi corpis sensibus vnusq̄sq̄ subsistit geminatus: geminatus aūt quinarius denariū perficit.Et qr ex vtroq̄ sexu fideliū multitudo colligitur:scā ecclesia.x. virginibus similis denūciatur:vbi mali cū bonis:reprobi cum electis admixti sunt:recte sibe virginibus prudētib⁹ ⁊ fatuis perhibet.Chry. in home.Jdeo aūt ponit parabolā hanc in virginū persona:vt ostēdat q̄d licet virginitas magnū quid sit: tñ si ab opib⁹ misericordie sit deserta:cum adulteris foras eiciet.Orige.Uel sensus oim̄ q̄ receperūt verbum dei virgines sunt.Tale enim est verbū dei vt de sua mūditia accōmodet oibus qui per suā doctrinā recesserūt ab idolorum cultura: accesserūt aūt per xp̄m ad dei culturā.vnde sequitur.Que acci.lā.suas exierūt ob.spon.et sponse.

Expositio tropologica.

Accipiūt enim lāpades suas.i.organa sua naturalia:⁊ egrediuntur de mundo et de erroribus:⁊ veniunt obuiam saluatori qui semper paratus est venire:vt ingrediatur simul cum dignis ad beatam spōsam ecclesiam.Hila. Uel sponsus atq̄ sponsa dominus noster est in corpore:deus nāq̄ spiritui:caro spōsa est:lampades autē quas acceperūt animarū splendentiū lumen est que sacramēto baptismi splenduerunt.August.de verbis dñi.Uel lāpades que manibus gestantur opera sunt.dictū est eñi.Luceāt opera vestra corā hominibus. Greg.Qui aūt recte credūt:et iuste viuunt assimilātur quinq̄ prudentibus:qui autem profitētur quidem fidem iesu:nō aūt preparāt se bonis operib⁹ ad salutez reliquis quinq̄ virginibus fatuis. vnde subditur. Quinq̄ aūt ex eis erāt fatue ⁊ quinq̄ prudētes.Hiero.Sunt eniꝫ q̄nq̄ sensus qui festināt ad celestia et superna desiderāt.De visu autē ⁊ auditu ⁊ tactu specialiter dictum est. Quod vidimus q̄d audiuimus q̄d oculis nostris perspexim⁹ ⁊ man⁹ nr̄e palpauerūt.De gustu.Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dn̄s.De odoratu.Jn odorē vnguētorꝫ tuorum currimus.Aliī aūt sunt quinq̄ sensus terrenis fecib⁹ inhiātes.Aug. de ver.do.Uel per quinq̄ virgines significat q̄nq̄ ptita ꝯtinētia a carnis illecebris:cōtinēdus est eñi animi appetitus a voluntate oculorū: auriū:olfaciendi:gustandi:⁊ tangēdi.Sed qr ista cōtinētia partim corā deo fit vt illi placeat in interiori gaudio ꝯsciētie:partim corā hoib⁹ tm̄ vt gloria hūana capiat q̄nq̄ dicuntur sapiētes ⁊ q̄nq̄ stulte:vtreq̄ tñ virgines:qr vtraq̄ cōtinētia est: q̄uis diuerso fomite gaudeat.Orige.Sicut aūt sequūtur seipsas inuicē virtutes:⁊ qui vnā habuerit oēs habeat:sic ⁊ sensus oēs alterutrꝫ se subsequuntur:propterea necesse est vt aut oēs quinq̄ sensus sint prudētes:aut oēs fatui.Hila.Uel absolute in quinq̄ prudētibus ⁊ quinq̄ fatuis fidelium atq̄ infidelium est cōstituta diuisio.Grego. Notādum vero est q̄ omnes lāpades habent; sed non omnes oleum habent.Sequitur eñi.Sed quinq̄ fatue acce. lampa. non sumpse.oleum secum. Prudentes vero acce.oleum in vasis cum lampadibus.Hila.Oleum boni operis fructus est:vasa humana sunt corpora intra quorum vis

Sēsus quinq̄ spirituales.

scera thesaurus bone ꝯscie recōdēdus est. Hiero. Oleū ꝗ habēt virgines q̄ iuxta fidē opib⁹ adornant: nō habēt oleū q̄ vident̄ sil'r q̄dē fide cōfiteri: sꝫ virtutum opa negligūt. Augu. de ver. do. Uel p oleū ipam letitiam significari arbitror: fm illud. Unxit te de⁹ tuus oleo exultatiōis. Qui ergo nō ꝓpterea gaudet: q2 deo intrinsecus placet: nō hꝫ oleū secū. gaudiū eīm nō hn̄t dū continēter viuūt: nisi in laudibus hoim. Prudentes autē acce. oleū cuꝫ lampadibus i. letitiā bonorum operum. In vasis suis. i. in corde atqꝫ ꝯscia posuerūt: sicut et apl's monet. Probet inquit seipm̄ hō et tunc gloriaꝫ habebit in seipso ꝛ non altero. Chryso. in hom̄. Uel oleū hic vocat charitatē et eleemosynā: et q̄dcūqꝫ circa indigentes auxiliū. Lampades autē vocat virginitatis charisma: propter hoc et stultas eas vocat: qm̄ maiorē sustinētes laborē ꝓpter minorē oia perdiderūt: maiori eīm labore vincit carnis cupido q̄ pecuniarum. Orige. Uel oleū est verbū doctrine quo vasa animarū implent̄. Nihil eīm sic cōfortat sicut moralis sermo: q̄ oleum luminis appellatur. Prudētes ergo acceperūt hmōi oleum q̄d satis sit eis etiā tardēte exitu ꝛ morāte verbo venire ad cōsummationē eorum. Fatue autē acceperūt lampades: in primis q̄dē accēsas: sed tantū oleuꝫ nō acceperunt vt eis sufficeret vsqꝫ ad finem: negligētes circa susceptionem doctrine que confortat fidem: ꝛ bonorum actuū lumen illuminat. vn̄ sequit̄. Morā autem fa. spon. dor. oēs: et dormierunt. Aug. de ver. do. Ex vtroqꝫ eīm genere hoim moriuntur hoc interuallo temporis: donec sub aduētu domini fiat resurrectio mortuorum. Grego. Dormire etem̄ mori est. Ante somnū vero dormitare est an̄ mortē a salute languescere: q2 per pondus egritudinis peruenitur ad somnum mortis. Hiero. Uel dormitauerunt. i. mortue sunt. Cōsequēter aūt d2. Dormierūt: q2 postea suscitāde sunt. Per hoc autem q̄ dicit. Morā aūt faci. spō. ostendit q̄ nō parū tpis inter priorē ꝛ scd̄ꝫ dn̄i aduentū ꝑtergredit̄. Orige. Uel spōso tardāte ꝛ nō cito veniente verbo ad cōsummationē vite patiunt̄ aliq̄d sensus dormitātes: ꝛ quasi in nocte mundi agentes: et dormierūt: vt puta remissius agentes a sensu illo vitali: nō tn̄ lāpades pdiderūt: neqꝫ disperauerunt de cōseruatione olei ille prudētes. vn̄ sequit̄. Media autē nocte clamor factus est: ecce spō. venit exite obuiam ei. Hier. Traditio iudeorum est xp̄m media nocte vēturum in similitudinē egyptū qn̄ pascha celebratum est ꝛ exterminator venit: ꝛ dn̄s sup tabernacula trāsijt: et sanguine agni postes nostrarum frontiū cōsecrate sunt vn̄ reor ꝛ traditionē aplicā permāsisse: vt die vigiliarum pasche ante noctis dimidiū pplm dimittere nō liceat expectātes xp̄i aduentū: postq̄ illud tp̄s trāsierit securitate ꝑsumpta festum cuncti agant diē. vn̄ psalmista dicebat. Media nocte surgebā ad cōfitēdū tibi. Augu. de ver. do. Uel media nocte. i. nullo sciente aut sperante. Hier. Subito ꝗ q̄si intēpesta nocte et securis oib⁹: qn̄ grauissim⁹ sopor ē p angelor. clamorē ꝛ tubas ꝑcedētiū fortitudinū xp̄i resonabit aduētus: q̄d significatur cū d2. Ecce spō. venit exite obuiam ei. Hila. Tuba eīm excitāte spōso tm̄ obuiam procedit̄. Erunt eīm iā ambo vnū. i. caro ꝛ de⁹: q2 i gl'iā spūalē hūilitas carnis trāsformata erat. August. de ver. do. Uel q̄d dicit spōso tm̄ obuiā venire virgines: sic intelligēdū puto: vt ex ipsis virginib⁹ cōstet ea q̄ d2 sponsa: tāq̄ si oib⁹ xp̄ianis i ecclia cōcurrētib⁹ filii ad mrēꝫ currere dicant̄: cū ex ipis filiis ꝯgregatis ꝯstet ea q̄ d2 mr̄. nūc eīm despōsata ē ecclia: ꝛ virgo est ad nuptias pducēda illo tpe q̄ vniuersa mortalitate i ea ꝑtereūte: immortali cōiūctiōe habeat̄. Ori. Ul' media nocte. i. i altitudie remissionis fact⁹ est clamor oēs suscitare volētiū sic existimo angelorū q̄ sunt administratorij spūs int⁹ clamātes in

Lāpades q̄d mystice significent.

Medie noctis interpretatio.

sensibus olim dormientiũ. Ecce spon. ve. exite obuiã ei. ⁊ suggestionẽ quidẽ hãc oẽs audierũt: et surrexerũt: nõ aũt oẽs decẽter imposuerũt iam padib⁹ suis ornatũ. vñ sequit̃. Tũc surre. oẽs vir. ille et orna. lampa. su. Ornant̃ autẽ lãpades sensuum euãgelicis vsibus atq; rectis. Qui autẽ male vtunt̃ sensib⁹: ornamentum nullũ habẽt in sensibus. Grego. Uel tũc qdẽ oẽs virgines surgunt: qr et electi et reprobi a somno sue mortis excitantur. Lãpades ornãt quia sua secũ opa numerãt: p qbus eternã recipere beatitudinẽ expectant. Aug. de ver. do. Aptauerũt eñ lampades suas. i. rationes reddendas operũ suorum. Hila. Uel lãpadarum assumptio aiarũ est redit⁹ in corpa: earũq; lux est cõscia boni opis eluces: q̃ vasculis corporũ ɔtinet̃. Orige. Sz lãpades fatuarũ virginũ extingunt̃: qr earũ opa q̃ clara hoĩbus foris apparuerant in aduentu iudicis intus obscurant̃. vñ sequit̃. Fatue autẽ sapiẽtibus dixerunt. Date nobis de oleo vr̃o: qr lãpades nr̃e extingunt̃. Quid est aũt ꝙ tũc a prudẽtib⁹ oleũ petũt: nisi ꝙ in aduentu iudicis cũ se intus vacuas inuenerit: testimoniũ foris q̃rũt: ac si a sua fiducia decepte proximis dicãt. Qr nos quasi sine opere repelli cõspicitis: dicite de nostris operib⁹ qd vidistis. Augu. de ver. do. De consuetudine eñ id semper inquirit vnde gaudere animus solet. Itaq; hoim qui corda non vident testimonium volunt habere apud deum qui cordis inspector est: sed quorum facta aliena laude fulciuntur eadẽ subtracta deficiunt vnde ⁊ earum lampades extinguntur. Uel virgines q̃ lampades suas querunt̃ extingui ostendũt eas ex parte lucere: et tamen nõ habent lumen indeficiens: nec opera perpetua. Si quis igitur habet animum virginalẽ et amator est pudicitie: nõ debet mediocriter esse cõtẽtus his que cito exarescũt: ⁊ orto caumate arescunt: sed perfectas virtutes sequatur: vt lumẽ habeat sempiternum. Chry. in ho. Uel aliter. Non solum hec virgines stulte erant: quoniam hinc recesserunt misericordia carentes: sed quia estimabãt ibi se accepturas vbi importune q̃sierunt. Quãuis aũt illis virginibus prudentibus nihil misericordius sit: q̃ pter misericordiam maxime fuerunt approbate: non tñ stulte virgines sua petitione potite sunt. Sequit̃. Rñderunt prudentes dicentes. Ne forte nõ suffi. no. ⁊ vo. Hinc autem discimus ꝙ nullus nostrũ adire poterit nisi operib⁹ cum quibus inuẽti erimus. Hiero. Non eñ hoc virgines prudẽtes de auaritia: sed de timore rñdẽt vñ quisq; pro suis operib⁹ mercedẽ accipiet: neq; possunt in die iudicij alioꝝ virtutes aliorum vitia subleuare. Dãt autẽ prudentes consiliũ: vt non debeant sine oleo lãpadarũ spõso occurrere. Et hoc est qd sequitur. Ite potius ad venden. et emite vobis. Hila. Uendentes hi sunt qui misericordia fidelium indigẽtes reddunt ex se petita cõmercia indigẽtie sua satietate boni operis nostri cõscientiã venundãtes. Hec est eñ indefessi luminis copiosa materia q̃ misericordie fructibus emenda est et recõdenda. Chry. in hom. Uides ergo q̃ta nobis sit a pauperibus negociatio: pauperes autem nõ sunt ibi: sed hic. ideoq; hic oleum congregare oportet vt illic vtile sit cum tps nos vocet. Hiero. Uendit̃ etiã hoc oleũ ⁊ multo emitur precio ac difficili labore conqueritur: qd non solũ in elecmosynis: sed in cũctis virtutibus ⁊ cõsiliis intelligimus magistrorum. Orige. Uel aliter. Et si fatue erant tamen hoc intelligebant. quoniã cũ lumine debebãt obuiam ire sponso: oẽs lampades sensuum habentes illuminatas. videbant aũt et illud: quoniã ex eo ꝙ min⁹ habebant oleũ rationabile: iã propinquãtibus tenebris lampades earũ fuerant obscurãde. Sed sapiẽtes transmittunt fatuas ad olei venditores: vidẽtes quoniã nõ tãtũ oleum. i. ver

Deus cordis inspector.

Plectrũ moralitas.

bum doctrine ɔgregauerāt:vt suf- ficeret ipis ad vitā:ꝛ illos docerēt. vnde dicūnt. Ite poti⁹ ad ven.i.ad doctores. Et emite vobis.i.ab eis accipite.ꝛ preciū est perseuerātia ꝛ amor discendi:ꝛ diligētia:et labor cupientiū discere. Aug.de ver.do. Uel nō sunt putande dedisse cōsi- liū:sed crimē earū ex obliquo com memorasse. Uēdūt enī adulatores oleū q̄ siue falsa siue ignorata lau- dando:animas in errores mittūt: ꝛ eis vana gaudia tanq̄ fatuis cō- siliando aliquā de his mercedē cō- modi tpalis accipiunt. Dic.r ergo. Ite ad ven.ꝛ emi.vo.i.videamus nunc q̄d vos adiuuēt q̄ vobis lau- des vēdere ɔsueuerūt. Dicūt autē. ne for.nō suf.no.ꝛ vo. Qꝛ alieno te- stimonio nō iuuat q̄sq̄ apud deum: cui secreta cordis apparent:et vix q̄sq̄ sibi sufficit:cui testimoniū p̄hi bebat ɔscia sua. Hiero. Uerū qꝛ iam emēdi tp̄s excesserat:ꝛ adueniente iudicij die loc⁹ nō erat pnie:noua patrare opa:sed p̄teritorū rōnē co- guntur exoluere:vnde sequit. Cum aūt irēt emere ve.spō.ꝛ q̄ pate erāt intra.cuꝫ eo ad nuptias. Hila. Nu- ptie aūt imortalitatis assūptio est: ꝛ iter corruptionē atq; icorruptio- nē ex noua societate ɔiūctio. Chry so.in hom. Per h̄ aūt qd dicit. Duꝫ irēt emere.ōndit qꝛ ꝛ si misericor- des efficiamur post mortē nihil hic lucrabimur ad effugiēdū:sicut nec diuiti p̄fuit q̄ fact⁹ ē misicors ꝛ sol licit⁹ circa eos q̄ sibi attinebāt. Ori ge. Uel dicit. Dū irēt emere.ē.n.in- uenire q̄sdā q̄ qn̄ debuerūt neglexe rūt aliq̄d vtile discere:ꝛ ipo aūt exi tu vite sue dū disponūt discere:cōp hēdunt a morte. Augu.de ver.do. Uel aliter. Eūtib⁹ illis emere.i.in- clinātib⁹ se in ea q̄ foris sunt:ꝛ so- litis gaudere q̄rētibus : qꝛ gaudia interna nō nouerāt:venit iste q̄ iu- dicat. Et q̄ parate erāt.i.qb⁹ coram deo ɔscia testimoniū p̄hibebat.in- tra.cū eo ad nup.i.vbi mūnda aīa: puro ac p̄fecto dei v̄bo fecūda co- pulat. Hie. Post iudicij aūt diē bo- norū operū ꝛ iustitie occasio non re linquit.vn̄ sequit. Et clausa ē ianua. Aug.de ver.do. Receptis enī illis qui sunt in angelicā vitā cōmutati: claudit aditus ad regna celoꝝ.non enī post iudiciū pꝫ p̄cū ac meritoꝝ locus. Hila. Et tn̄ cū iā pnie nullum est tp̄s:fatue occurrūt:aperiri sibi aditū rogāt.vn̄ sequit. Noui.autē veni.ꝛ relique virgi.dicentes. Dn̄e dn̄e aperi nobis. Hier. Egregia in dn̄o appellatiōe confessio:indiciuꝫ fidei est. Sed quid p̄dest voce inuo care:quem operibus neges? Greg. Dolore autem repulsionis cōpul- se appellationem ingeminant do- minationis: inuocando patrem:cu ius in vita sua misericordiam cōn- tempserunt. Augu.de ver.do. Non autem dictum est q̄ emerunt oleū: ꝛ ideo intelligēde sunt nullo iam re manente de alienis laudibus gau- dio:in angustijs ꝛ magnis afflictio- nibus redire ad implorationeꝫ dei. Sed magna eius est seueritas post iudicium:cuius ante iudicium in- effabilis misericordia p̄rogata est. Propter quod sequitur. At ille re- spondens ait. Amen di.vo.nescio vos. Ex illa.s.regula:quia non ha- bet ars dei.i.eius sapientia vt in- trent in gaudium eius qui non co- ram deo:sed vt placerent homini- bus conati sunt aliquid s̄m p̄cepta eius operari. Hiero. Nouit enī do- minus eos qui sunt ei⁹:ꝛ qui igno- rat:ignorabitur. ꝛ lꝫ virgines sint vel corporis puritate:vel vere fidei confessione:tamen quia oleum non habent:ignorant a sponso. Ex hoc aūt q̄ īfert. Uigilate itaq; qꝛ nesci- tis diē neq; horā.intelligit vniuer sa q̄ dicta sunt esse premissa:vt quia ignoramus iudicij diē:sollicite no- bis lumen bonorū operum prepa remus. Aug.de ver.do. Non autem solū illius futuri tp̄is quo vēturus est sponsus:sed sue q̄sq; dormitio- nis diē etiā horā nescit:ad quā quis q̄ parat⁹ est:etiā parat⁹ inuenit cū illa vox sonuerit qua oēs euigila turi sunt. Augu.ad esichium. Non

Sēsus anagogicus.

Aurea diuine sapien tie regula.

desuerunt aūt q̄ docere voluerunt hec: quinqꝫ et quinqꝫ virgines ad hunc eius aduētū qui nunc fit per ecclesiam pertinere: sed hec nō sunt temere pollicenda: ne aliquid ocurrat quod valide contradicat.

¶ Sicut eī hō pegre pficiscēs vocauit seruos suos: et tradidit illis bōa sua. Et vni ȯdit q̄nqꝫ talēta: alij āt duo: alij vo vnū: vnicuiqꝫ s̄m ppriā vtutē: et pfect⁹ ē statiꝫ. Abijt āt q̄ q̄nqꝫ talēta acceꝑat et opat⁹ ē i eis: et lucrat⁹ ē alia q̄nqꝫ. Similr et q̄ duo acceꝑat: lucrat⁹ ē alia duo. Qui āt vnū acceꝑat abiēs fodit i terrā: et abscōdit pecuniā dn̄i sui. Post multuꝫ vo tpis venit dn̄s suoꝝ illoꝝ: et posuit rōnē cū eis. Et accedēs q̄ q̄nqꝫ talēta acceꝑat: obtulit alia q̄nqꝫ talēta dicēs. Dn̄e q̄nqꝫ talēta tradidisti mihi: ecce alia q̄nqꝫ suplucrat⁹ sum. Ait illi dn̄s ei⁹. Euge serue bōe et fidelis: q2 sup pauca fuisti fidelꝭ sup mlta te ꝯstituā: itra i gaudiū dn̄i tui. Accessit aūt et q̄ duo talēta acceperat: et ait. Dn̄e: duo talēta tradidisti mihi ecce alia duo suplucratus suꝫ. Ait illi dn̄s ei⁹. Euge serue bōe et fidelis q2 sup pauca fuisti fidelꝭ sup mlta te ꝯstituā: itra i gaudiū dn̄i tui. Accedēs āt ē q̄ vnū talētū acceꝑat ait. Dn̄e: scio q2 hō dur⁹ es: metis vbi nō seminasti: et ꝯgregas vbi n̄ sparsisti: et timēs abij et abscōdi talētū tuū i terra. Ecce hēs qd̄ tuū ē. Rn̄dēs āt dn̄s ei⁹ dixit ei. Serue male et piger sciebas q2 meto vbi nō semino: et ꝯgrego vbi nō sparsi. Oportuit ergo te ꝯmittere pecuniā meā nūmularijs: et veniēs ego recepissē vtiqꝫ qd̄ meū ē cū vsuris. Tollite itaqꝫ ab eo talētū: et date ei qui hꝫ decē talēta. Oī em̄ hn̄ti dabit et abūdabit: ei autē q̄ nō hꝫ et qd̄ vr̄ hr̄e auferetur ab eo. Et inutilē suū eijcite i tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium.

¶ Glo. In p̄cedēti pabola demonstrata est eorū ꝯdēnatio q̄ oleū sibi sufficiēter nō p̄parauerant: siue per oleū nitor opeꝝ: siue gaudiū ꝯsciē: siue eleemosyna q̄ est p pecuniā intelligat. Hec aūt parabola inducit ꝯ̄ eos q̄ nō solū pecunijs: sꝫ nec verbo nec alio mō pdesse p̄ximis volūt: sꝫ oīa occultant. vn̄ dicit. Sicut em̄ ho. pe. p. vo. ser. su. et tradidit illis bona sua. Greg. Hō autē ille qui pegre pficiscit redēptor nr̄ est: q̄ in ea carne quā assumpserat abijt in celū. Carnis em̄ locus ppri⁹ terra est: q̄ q̄si ad pegrinādū ducit: cum ꝑ redēptorē nr̄m i celo collocat. Orige. Scd̄m em̄ diuinitatis sue naturā nō pegrinat: sꝫ s̄m dispensationē corpis qd̄ suscepit. Qui em̄ dicit discipulis suis. Ecce ego vobiscū suꝫ vsqꝫ ad ꝯsummationē seculi vnigenit⁹ dei ē: q̄ nō est corporeo habitu circūclusus: hi aūt dicētes nō soluimus iesuꝫ: sꝫ vnicuiqꝫ sube ppricta tē eius saluam⁹. Possumus et talia dicere: qꝛ pegrinat dn̄s p fidē ambulātib⁹ et nō p spēꝫ: si aūt pegrinātes a corpe cū dn̄o fuerim⁹: tunc et ipe erit nobiscū. Simul ēt ꝯsidera: qꝛ non

Jesum solue re ē ei⁹ diuinitatis huma tatis vitatē negare

tẏ nō vř redditio sermonis ita conscripta:sicut hō peregrinās:ita ego aut filiꝰ hoīs:qm̄ ipe est q̄ in parabola ꝓponiť peregrinās:quasi hō nō sicut filiꝰ dei.Hier.Uocatis aūt apl'is doctrinā eis euāgelioꝝ tradidit:nō quasi ꝓ largitate ꝛ parcitate:alteri plus ꝛ alteri minus tribuēs:sed ꝑ accipientiū viribꝰ:quō ꝛ apl's eos q̄ solidū cibū cape non poterāt:lacte potasse se dicit.vñ sequiť.Et vni dedit qn̄qꝫ talenta:alij autē duo:alij ꝟo vnū:vnicuiqꝫ ſm ꝓpriā ꝟtutē.Chry.In qn̄qꝫ ꝛ duobus ꝛ vno talēto diuersas grās intelligimꝰ:q̄ vnicuiqꝫ tradite sunt. Orig.Si qn̄ eīm videris eoꝝ q̄ acceperūt a xp̄o dispēsationē eloquiorum dei:alios qdem hr̄e amplius: alios aūt minꝰ:ꝛ vt ita dicā:neqꝫ in dimidio intelligētes rerū negocia cōparatiōe melioꝝ.alios autē adhuc minꝰ hr̄e:videbitis dr̄ias eoꝝ q̄ eloqa dn̄i susceperunt a xp̄o:qm̄ alia fuit ꝟtꝰ eoꝝ qbꝰ data sūt qnqꝫ talēta:alia qbꝰ duo:alia qbꝰ vnū:et aliť alteriꝰ nō capiebat mēsurā:ꝛ q̄ accepit talētū vnū:accepit qdē datū nō ꝯtēptibile.Multū ē eīm ꝛ vnū talentū talis dn̄i:tn̄ tres sunt ꝓpriū serui:sicut tria sunt gn̄a coꝝ q̄ fructū faciūt.ꝛ qnqꝫ qdē accepit talenta:q̄ oia sensibilia scripturarū pōt adducere ad sensus digniores.duo aūt q̄ est corpalē doctrinā edoctus. duo eīm:vř carnalis numerꝰ esse:sꝫ adhuc minꝰ potēti vnū talētū pr̄familias dedit.Greg.Uel alr̄.Quinqꝫ talentis: dona quinqꝫ sensuū.i.exteriorū scia exprimiť.duobꝰ ꝟo intellectꝰ ꝛ opatio designať.vniꝰ aūt talenti noīe intellectꝰ tm̄ designať. Sequiť.Et ꝓfectꝰ est stati.Glo.Nō locū mutās:sed liberā eis operādi ptātē pmittēs ꝛ suo arbitrio relinquēs.Sequiť.Abijt aūt q̄ qn.talē. acce.ꝛ ope.ē i eis ꝛ lucratꝰ est alia qnqꝫ.Hiero.Acceptis eīm terrenis sensibꝰ:celestiū sibi notitiā duplicauit:ex creaturis intelligēs creatorē:ex corporalibus incorporalia ex breuibꝰ sempiterna.Greg.Sunt

Tria genera fructificātiū.

etiā nōnulli:qui etsi interna ac mystica penetrare nesciūt:pro intentione tn̄ supne pr̄ie docēt recta q̄ pñt de ipsis exterioribꝰ:q̄s acceperunt: dūqꝫ se a carnis petulantia:a terrenarū rerū ambitu:atqꝫ a visibilium voluptate custodiunt:ab his etiam alios admonēdo cōpescunt.Orige. Uel q̄ hn̄t sensus exercitatos cōuersati salutariter:ꝛ ad maiorem sciam seipsos erigentes:ꝛ studiose docentes:lucrati sūt alia qnqꝫ:quia nemo facile additamētū accipit virtutis alterius:nisi eiꝰ quā hꝫ:ꝛ q̄ta ipsa scit tāta alterū docet:ꝛ non ampliꝰ. Hila.Uel seruus ille qui quinqꝫ talenta accepit:populus ex lege credentium est:ex qua ꝑfectus meritū ipsiꝰ recte implete euangelice fidei operatiōe duplicauit.Sequitur.Similiter ꝛ qui duo acceperat lucratus est alia duo.Greg.Sunt eīm nōnulli q̄ dū intelligendo ꝛ operando aliis p̄dicāt:q̄si duplicatum de negocio lucrū reportāt:qꝛ dū vtriqꝫ sexui p̄dicatio impēdiť:q̄si accepta talenta geminanť.Orige.Uel lucrati sunt alia duo.i.corpalem editionem et aliam paulo sublimiorem.Hila. Uel ille seruus cui duo talenta commissa sunt:gentiū ppl's est:fide atqꝫ confessione ꝛ filij iustificatus ꝛ pr̄is dn̄m nr̄m iesum xp̄m deum atqꝫ hominē ex spū ꝛ carne cōfessus est.hic ergo huic sunt duo talēta commissa. Sed vt ppl's iudeorū oē sacrm̄ qd̄ in quinqꝫ talentis.i.in lege cognouerat:idip̄m fide euangelij duplicauit:ita iste incremēto duorum talentorū intellectū atqꝫ operationem ꝓ meruit.Sequiť.Qui aūt vnū acce. abiēs fodit in terra ꝛ abscon.pecu. dn̄i sui.Grego.Talentū quippe in terra abscondere:est acceptum ingenium in terrenis actibꝰ implicare. Orig.Uel aliter.Si qn̄ videris aliquē:qui ꝟtutē hꝫ docendi ꝛ aiabus ꝓficiēdi:ꝛ hāc virtutem occultat:q̄uis habeat quādā religionē cōuersatiōis:nō dubites dicere talē esse: q̄ accepit vnū talentum:ꝛ abscondit ipsum in terra.Hila.Uel iste seruus

Pulchra allegoria de iudeis.

qui vnũ talentũ accepit ⁊ i terra recõdidit:ppl's est in lege ↄsistẽs:qui ꝓpter inuidiã saluandarũ gẽtiũ in terra acceptũ talẽtũ abscondit. Jn terra eñ talẽtũ abscõdere: est noue ꝑdicatiõis gl'iã sub obtrectatione corꝑee passiõis occultare. Sequit. Post multũ vę.tẽ. ve.do .ser.illoꝝ: ⁊ posuit ra.cũ eis. Jn rõne aũt ponẽda iudicij examẽ est. Orig. Et obserua in hoc loco:qm̃ non serui ad dñm vadũt vt iudicent:sed dñs venit ad eos:cuȝ tp̃s fuerit ipletũ:de q̃ dicit. Post multũ ꝟo tp̃is.i.postq̃ dimisit aptos ad negociãdũ aiarũ salutẽ: ⁊ iõ forsitã nõ facile inuenit q̃s ex eis qui apti fuerint ad hmõi op⁹.vt cito trãseãt de hac vita:sic ẽ manifestũ ex eo.q ⁊ apl'i senuerunt. Ex q̃b⁹ d̃r ad petrũ. Cum senueris: extẽdes manũ tuã.de paulo aũt dictũ ẽ ad philemonẽ. Nũc ãt vt paulus senex. Chry.in ho. Uide ⁊ dñm vbiq̃ nõ ↄfestim expetentẽ rõnẽ vt discas ei⁹ lõganimitatẽ. Mihi autẽ vr̃ q resurrectiõeȝ occl'te insinuãs ħ dixit. Hier. Jõ ĝ dicit. Post mltũ tp̃is:q̃ grãde tp̃s ẽ inter ascẽsionẽ saluatoris:⁊ scd̃m ei⁹ aduẽtũ. Greg. Hec aũt lectio hui⁹ euãgelij ↄsiderare nos admonet:ne q̃ pl⁹ ceteris in ħ mũdo accepisse aliq̃d cernunt ab autore mũdi ĝui⁹ iudicent. Cuȝ eñ augent dona:rõnes ẽt crescunt donoꝝ. Tãto ĝ hũilior q̃sq̃ d̃ȝ esse ex muner..q̃to se obligatioreȝ esse cõspicit in reddẽda rõne. Orig. Fiducia ãt fecit eũ q̃ q̃nq̃ talẽta acceperat audere:vt ad dñm ꝑus accederet. Sequit eñ. Et acce.q̃ q̃nq̃ talẽ.acce.obtu.alia q̃nq̃ dicens. Dñe q̃nq̃ ta.tra.mi.ec.alia quinq̃ suplu.sũ. Greg. Seru⁹ ĝ q̃ geminata talẽta retulit:laudatur a dño:atq̃ ad eternã remunerationeȝ ꝑducit. vñ subdit. Ait illi dñs. Euge. Raba. Euge interiectio est letãtis:ꝑ qd̃ gaudium suum dominus insinuat:qui bene laborantem seruum ad gaudiũ eternũ inuitat:de q̃ ꝓpha ait. Letificabis nos in gaudio cũ vultu tuo. Chry.in ho. Serue bone:q̃

Notatu dignum.

de bono loquit qd̃ est ad p̃rimum. Et fidelis:q̃ nihil eorum que sunt dñi sibi appropriauit. Hiero. Dicit autẽ. Sup pauca fuisti fidelis:quia oĩa q̃ in p̄nti hẽmus:licet magna videant ⁊ plurima:tñ cõpatione futurorum parua ⁊ pauca sunt. Greg. Sȝ tunc fidelis seruus supra multa cõstituitur:quando deuicta oĩs corruptionis molestia de eternis gaudijs in illa celesti sede gloriatur. Tunc etiam ad domini sui gaudiũ ꝑfecte intromittit:qm̃ in eterna illa patria assumptus atq̃ angeloꝝ cetib⁹ admixtus:sic interius gaudet de munere vt nõ sit qd̃ exterius doleat iã de corruptione. Hiero. Quid autem põt maius dari fideli seruo q̃ esse cũ dño ⁊ videre gaudium dñi sui? Chry.in ho. Per ħ eñ verbuȝ oẽm beatitudinẽ ostendit. Augu.j.de tri. Hoc eñ erit plenũ gaudiũ nr̃m:quo amplius non est:frui deo trinitate: ad cui⁹ imaginẽ facti sumus. Hiero. Utriq̃ aũt seruo ⁊ q̃ de quinq̃ talẽtis.x.fecerat:⁊ q̃ de duobus q̃tuor idem p̄rfamilias sermo blanditur Utrũq̃ etiam simili recipit gaudio nõ ↄsiderãs lucri magnitudinẽ:sed studij volũtatẽ. vñ sequitur. Accessit aũt ⁊ q̃ duo tal.accepat. Orig. Quod autẽ dicit:vel in eo q̃ q̃nq̃ talẽta acceperat:vel in isto q̃ duo:accedens: intellige accessum transitum de hoc mũdo ad illũ:⁊ vide qm̃ cadeȝ dicta sunt ambob⁹:ne forte ⁊ q̃ minorem habuit virtutẽ:⁊ totã illã quam habuit sm̃ q oportebat exercuit:nihil minus habiturus sit apud deum:q̃ ille qui fuerit in maiori virtute. hoc eñ solũ querit vt quicq̃d habuerit hõ ex deo:toto eo vtatur ad gloriaȝ dei. Grego. Seruus autẽ q̃ opari detalẽto noluit ad dñm cum ꝟbis excusationis redit. vñ sequitur. Acces. autẽ ⁊ q̃ vnũ talẽ.acce.⁊ ait. Domine scio:q̃ hõ dur⁹ es. Hiero. Uere eñ hoc qd̃ scriptũ est. Ad excusandas excusationes in pctis:ẽt huic seruo ↄtigit:vt ad pigritiã ⁊ negligentiam superbie q̃ȝ crimen accederet. Qui eñ debuit simpliciter inertiã confi

teri z orare patrēfamilias:econuer
so calumniatur:et dicit se prudenti
fecisse consilio ne dum lucra pecu
nie quereret:etiā forte periclitare-
tur.Orig.Uī em̄ mihi iste seru⁹ fuis
se inter credentes quidem:nō autē
fiducialiter agētes:sed latere volē-
tes z oia faciētes vt nō cognoscant
quasi xp̄iani.adhuc vident mihi q̄
hmōi sunt timorē dei habere:et sa
pere de eo quasi de aliquo austero
z implacabili:hoc em̄ signat cū di-
cit.Dn̄e:scio qz hō durus es.intel-
ligimus aūt q͡ vere dn̄s noster me
tit vbi nō seminauit:quoniā iustus
seminat in sp̄ū:ex quo metet vitam
eternā.Metit etiā vbi non seminat
et congregat vbi non spargit:quia
sibi computat esse collata quecūq̄
in pauperibus fuerint seminata.
Hier.Ex eo etiam q͡ hic seruus au
sus est dicere.Metis vbi non semi
nasti.itelligim⁹ etiā z gentiliū phi-
losophorū bonā vitam recipe dn̄m.
Greg.Sunt aūt plerīq̄ intra eccle
siam quorū iste seruus imaginē te-
net:qui melioris vite vias aggredi
metuūt:et tn̄ iacere in sui corporis
ignauia non pertimescūt. Cunq̄ se
peccatores ꝯsiderāt scītatis vias
arripere trepidant:et remanere in
suis iniqtatib⁹ nō formidant.Hila.
Uel per hunc seruū intelligit pplˢ
iudeorū in lege ꝯsistens q̄ dicit.Ti
mui te:tāq̄ metu veterū precepto-
rū:ab vsu euāgelice libertatis ab-
stineat:dicatq̄.Ecce qđ tuū ē.velut
in his q̄ a dn̄o p̄cepta sunt fuerit ĩ-
moratus:cum tn̄ sciuerit metēdos
illic iustitie fructus vbi lex sata nō
sit:z colligēdos ex gentibus q̄ non
ex abrahe sint stirpe dispersi.Hier.
Sed qđ putauerat se p̄ excusatione
dixisse:in culpā propriam vertitur.
Unde sequit.Rn̄dēs aūt dn̄s ei⁹ di.
ei.Ser.male et pi.scis qz meto vbi
non semino.Seruus autem malus
appellatur:qz calumniam dn̄o fe-
cit.piger:qz talentū noluit duplica
re:vt in altero superbie:i altero ne-
gligentie condemnetur. Si inquit
durū z crudelē me noueras:et alie

Fictio xp̄ianorū damnabil.

Quos repn̄tet su⁹ piger moraliter.

na sectari:tu scires me mea diligē-
tius quesiturum:z dares pecuniā
meam siue argētum nūmularijs.
vtrūq̄ em̄ argylion grec⁹ sermo sigt
Eloqa inqt dn̄i eloquia casta:argē-
tū igne examinatū. pecunia ergo z
argētū:p̄dicatio euāgelij et sermo
diuin⁹ ē q̄ dari debuit nūmularijs.
i.vel ceteris doctorib⁹ qđ fecerunt
aplˡi p̄ singulas prouincias presby
teros z ep̄os ordinātes:vel cūctis
credētib⁹ qui pn̄t pecuniā duplica
re:z cū vsuris reddere:vt quicquid
sermone didicerāt:ope explerent.
Gre.Sicut ergo periculū doctorū
aspicitur:si dominicā pecuniam te
neant:ita z auditorum:qz cum vsu
ris ab eis exigitur quod audierūt:
vt scz ex eo quod audiūt etiam stu-
deāt intelligere non audita.Orig.
Non autē cōfessus est dominus se
esse durum sicut ille arbitrabatur:
ceteris autem eius sermonibus cō
cessit.Sed vere dur⁹ est his q̄ mise
ricordia dei abutunt ad negligen-
tiā suā non ad conuersionē.Grego.
Pigrum vero seruū qua sn̄ia dn̄s
feriat audiamus . Tollite itaq̄ ab
eo talentum:z date ei qui habet de-
cem talenta.Orige.Potest quidem
dn̄s sue diuinitatis virtute auferre
sufficiētiam ab eo qui pigrius est ea
vsus z dare ei qui eam multiplica-
uit.Grego.Oportunum autē vide
batur vt ei potius qui duo q̄ qui
quinq̄ talenta acceperat daretur.
illi em̄ dari debuit qui min⁹ habe-
bat.Sz cū per q̄nq̄ talenta exterio
rū sciētia designet.Per duo aūt in-
tellectus z opatio:plus habuit qui
duo q̄ qui quinq̄ talenta accepe-
rat:qz qui per talenta quinq̄ exte-
riorum administrationē meruit:ab
intellectu eternorū adhuc vacuus
fuit.Unū ergo talentū qđ p̄ intelle
ctum significari diximus:illi dari
debuit:qui bene exteriora que ac-
ceperat ministrauit quod quotidie
in sancta ecclesia cernimus:vt etiā
de interna intelligentia polleant
qui exteriora fideliter administrāt.
Hiero. Uel datur ei qui.x.talēta se

Notabile dictum.

cerat:vt intelligamꝰ ꝗ eq̄le sit dñi
gaudiū i vtriusq3 labore:eiꝰ.s.ꝗ qn-
q3 ⁊ qui duo duplicauit:tñ maiꝰ de
beri p̄miū ei ꝗ plꝰ i dñi pecunia la-
borauit.Greg.Generalis etiā mox
sniā subdit̃ q̄ dr.Oi em̄ ha.da.⁊ abū
da.ei aūt ꝗ nō hꝫ:⁊ qđ vr̄ hr̄e aufe-
ret̃ ab eo.Quisqs aūt charitatē hꝫ
alia ēt dona pcipit:qsqs aūt chari-
tatē non hꝫ ēt dona ꝗ pcepisse vide
bat̃ amittit.Chry.in ho.Qui etiam
grām sermonis ⁊ doctrine ad profi
ciēdū hꝫ:nō vtēs ea:grām pdit.qui
aūt studiū adhibet:ampliꝰ attrahit
Nota labor⁊ ⁊ industrie fructū. donū.Hie.Multi ēt cū sint sapiētes
naturalr̄:⁊ habeāt acumē igeniū:si
fuerint negligētes:⁊ desidia bonū
nature corruperint:ad cōparationē
eiꝰ ꝗ paululū tardior labore ⁊ indu
stria ꝯpensauit qđ minꝰ habuit:per
dūt bonū nature:⁊ p̄miū qđ eis fue
rat repromissum vident trāsire ad
alios.Pōt ēt sic itelligi.Ei ꝗ fidem
habet ⁊ bonā in dño voluntatē:etiā
si quid minus vt hō in ope habue-
rit:dabitur a bono iudice.Qui aūt
fidē nō habuerit:ēt ceteras virtu-
tes quas videbat̃ naturaliter pos-
sidere pdet.Eleganter inquit.Qđ
vr̄ hr̄e auferet̃ ab eo.quicqͩd em̄
sine fide xp̄i est:non ei dꝫ imputari
qui male eo abusus est:sed illi qui
etiam malo seruo nature bonū tri
buit.Grego.Uel quisquis charita-
tē non hꝫ:etiā ea ꝗ pcepisse videbat̃
amittit.Hil.Hn̄tibꝰ etiā vsum euā-
geliorꝫ ⁊ legis honor reddit̃:nō ha
benti aūt fidem xp̄i etiam quod ex
lege sibi esse videbat̃ honoris aufe
retur.Chrys.in ho.Seruꝰ autē ma
lus nō solū dāno punit̃:sed etiā in-
tolerabili pena:et cū pena accusa-
bili denūciatione.Uñ seqt̃.Et inuti
lē seruū eiicite in tenebras.Orige.
Ubi.s.nulla illuminatio est forsitan
nec corporalis:nec est respectio dei
illic:sed quasi indignis speculatio-
ne dei ꝗ talia peccauerunt:cōdēnāt̃
in his ꝗ exteriores tenebre appellā
tur.Legimꝰ ēt aliquē añ nos expo
nentē de tenebris abyssi:ꝗ est extra
mundū:vt q̄si idigni toto mūdo in
abyssum illā foras eiiciant̃ i ꝗ sunt
tenebre nemie eas illuminātē.Gre.
Et sic p penā i tenebras exteriores
cadet:ꝗ p suā culpā spōte i interio-
res tenebras decidit.Hie.Quid sit
aūt fletꝰ ⁊ stridor dētiū supra dixi-
mus.Chry.in ho.Uide aūt qr nō so
lū ꝗ rapit aliena:aut qr mala opa
tur punit̃ vltia pena:sed etiā ꝗ bo-
na nō facit.Grego.Habēs igit̃ intel
lectuꝫ:curet oino ne taceat.hn̄s re
rum affluentiā:a misericordia non
torpescat:hn̄s artē q̄ regit̃:vsum il
lius cum ꝓximo partiat̃:habēs lo-
quendi locū:apud diuitē ꝓ pauperi
bus intercedat.Talenti enim noie Uiđ q nemo ⁊ ꝗ nō vr̄ minimū talētū acceperit
cuilibet reputabit̃:qđ vel minimuꝫ
accipiet.Orig.Si aūt displicet tibi
qđ dicit̃ si propter qđ nō docuit qs
iudicatur:recordare illud apostoli.
Ue mihi est:si nō euangelizauero.

¶ Cū āt venerit filiꝰ hoīs i
maiestate sua ⁊ oēs āgeli eiꝰ
cū eo:tē sedebit sup sedē ma
iestatis sue:⁊ ꝯgregabūt̃ añ
eū oēs gētes:⁊ sepabit eos
abinuicē sicut pastor segre-
gat oues ab hedis.Et sta-
tuet oues qdē a dextris:he
dos āt a sinistris.Tūc dicet
his ꝗ a dextris eiꝰ erūt.Ue-
nite bñdicti p̄ris mei:possi
dete patū vob regnū a cōsti
tutiōe mundi.Esuriui eñ:⁊
dedistis mihi manducare.
autem inuidia fuerit ioannes manifestat: qui narrat eos dixisse. Ecce mundus totus post eū vadit: ꝛ si dimittimus eū sic: oēs credēt in eum. Notandū etiā q̄ loco ei⁹ qd̄ Mattheus dicit. An iesum q̄ dicit xp̄s. Marcus dicit. Uultis dimittam vobis regem iudeorū. soli nāq̧ reges iudeoꝝ vngebantur: ꝛ ab ipsa vnctioni xp̄i vocabantur. Chryso. in home. Deinde subdit aliud qd̄ sufficiens erat omnes a passiōe reuocare. Sequitur enim. Sedente autē illo pro tribunali: misit ad eū vxor eius di. Nihil tibi ꝛ iusto illi. Cum demonstratione enim que erat a rebus: et somnus nō paruū quid erat. Raba. Notādū vero q̄ tribunal sedes est iudicis: soliū regum: cathedra magistrorū. In visionibus aūt et somnus gētilis viri vxor hoc intellexit quod iudei vigilantes nec credere nec intelligere voluerunt. Hiero. Nota etiam q̄ gētilibus sepe a deo somnia reuelantur: et q̄ in pilato et vxore ei⁹ iustum dominum confitētibus gētilis populi testimoniū fit. Chrys. in ho. Sed cuius grā nō ipse pilatus somniū videbat: q̄ illa magis digna erat. vel q̄ si pilat⁹ vidisset nō equaliter sibi creditum esset: vel forte neq̧ dixisset: propter hoc dispensatur a deo quod mulier vidit: vt manifestum omnibus fieret. Et nō simpliciter videt: sed et patitur multa. Sequit enim. Multa eñ passa sum ho. per vi. propter eum. vt s. a compassiōe que erat ad vxorem: desidior fieret vir circa occisionem: sed ꝛ tempus non parū conferebat. etenim eadem nocte vidit. Augu. in ser. de pas. Sic ergo iudex terret in coniuge: et vt crimini iudeorum nō pbeat in iudicio cōsensum ptulit in vxoris afflictione iudicium: iudicat ipse qui iudicat et torquetur anteq̄ torqueat. Raba. Uel aliter. Nunc demum diabolus intelligens per xp̄m se spolia sua amissurum: sicut primum per mulierem mortem intulerat: ita per mulierem vult christum de manib us iudeorum liberare: ne p ei⁹ mortē: mortis amittat imperiū. Chry. in ho. Nihil aūt pmissorum xp̄i aduersarios mouit: q̄ eos omnino inuidia excecauerat: vnde ex ppria malitia plebem corrumpunt. ꝛ hoc est qd̄ sequitur. Principes autem ꝛ seni. persuase. populo vt pete. barra. Je. vero pderent. Orig. Et est videre nūc quō populus iudeorū a senioribus suis et iudaice culture doctorib⁹ suadet: et excitat aduersum iesum vt pdāt eū. Sequit. Respō. autē preses ait illis. Quem vult vo. de duo. dimitti? Glo. Respōdisse autē dr̄ pilatus hec dicēs: siue ad ea q̄ vxor nunciauerat: siue ad petitionē ppl'i: q̄ iuxta cōsuetudinē aliquem in die festo sibi dimitti petebant. Orige. Turbe aūt quasi fere q̄ spatiosam ambulant viā voluerunt sibi barrabā habere solutum. vnde subdit. At illi dixe. barrabam. Ideo gens illa hȝ seditiōes et homicidia et latrocinia ſm quosdā gentis sue in rebus que foris habent: ſm autē oēs intus in aīa. Ubi enim nō est iesus: illic lites ꝛ plia sunt. vbi autem est: ibi sunt oīa bona ꝛ pax. Oēs etiā q̄ iudeis sunt siles vel in dogmate vel in vita barrabā sibi solui desiderant. Quicunq̧ enim mala agit: solutus est i corpore ei⁹ barrabas. Christus aūt vinctus: qui aūt bona agit xp̄m hȝ solutū: barrabam vinctū. Uoluit aūt pilat⁹ pudorē tāte iniq̄tatis incutere. vñ sequit. Dicit il. pilatus. Quid igit fa. de ie. q̄ dr̄ xp̄s. Nō solū āt h: sȝ ꝛ mēsurā colligere volens ipietatꝭ eoꝝ. Illi āt nec h erubescūt q̄ pilat⁹ iesum xp̄m eē ɔfitebat: nec modū impietatis seruant. vñ sequit. Dicūt oēs. Crucifigat. In q̄ multiplicauerāt ipietatis sue mēsurā: nō solū hōicidā postulātes ad vitā: sed ēt iustū ad mortē: ꝛ ad mortē turpissimā crucis. Raba. Pēdētes siq̄dē in ligno crucifixi: clauib⁹ ad lignū pedib⁹ māibusq̧ ɔfixi: producta morte necabāt: ꝛ diu viuebat i cruce: nō q̄ lōgior vita eligebāt: sed q̄ mors ipa ptēdebat: ne dolor citi⁹ finiret. vel iudei de morte pessima cogitabant

Iudei in suis reb⁹ dō na pastiūtur ob liuorē xp̄i necem

sȝ a dño nō intelligētib⁹ eis electa erat: ipam ei crucē diabolo supato erat tāq̄ tropheū in frōtib⁹ fideliū ponitur⁹. Hie. Cū aūt h̄ rñderēt: nō stati acq̄euit: sȝ iux̄ suggestionē vxoris q̄ mādauerat. Nihil tibi ⁊ iusto illi. Ipse q̄q̄ rñdit. vñ sequit̄. Ait illis pses. Quid ei mali fecit? Hoc dicendo pilatus absoluit iesum. Sequit̄. At illi magis clamabant dicētes. Crucifigat̄. Ut impleret̄ qd̄ in psalmo d̄r. Circundederūt me canes multi: cōgregatio malignātiuȝ obsedit me. Et illud hieremie. Facta ē mihi hereditas mea sicut leo in sylua: dederūt sup me vocē suam. Aug. de cō. euā. Sepius autem pilatus cū iudeis egit volens vt dimitteretur iesus: qd̄ paucissimis verbis testatur Mattheus cuȝ subdit. Uidens pila. q: nihil p̄fice. sed magis tumult⁹ fieret. qd̄ nō diceret: nisi multū ille conat⁹ fuisset: quāuis tacuerit quotiēs h̄ tētauit vt erueret iesum furori eorū. Sequit̄. Accepta aqua lauit man⁹ corā populo dicens. Innocēs ego sum a san. iusti huius. Remi. Mos enim erat apud antiquos: vt cum vellet q̄s se ostendere imunē ab aliq̄ crimine: accepta aqua lauaret manus suas corā populo. Hiero. Pilatus ḡ accepit aquā iuxta illud p̄pheticum. Lauabo iter inocētes man⁹ meas. quodāmodo in hoc contestans ⁊ dicēs. Ego q̄dē innocentē volui liberare: sed q̄m seditio orit̄: ⁊ rebellionis mihi cōtra cesarē crimē impingitur: innocēs sum a sanguine iusti hui⁹. Judex ergo q̄ cogitur contra dominū ferre sententiā: non dānat oblatū. sed arguit offerētes iustū esse p̄nūciās eū q̄ crucifigēdus est. Sequit̄. Uos videritis. q. d. Ego minister legū suȝ: vox vr̄a sanguinē fundit. Sequit̄. Et respō. vni. po. dixit. San. eius sup nos ⁊ su. fi. nr̄os. Perseuerat vsq̄ in p̄ntē diē hec imp̄catio super iudeos: ⁊ sanguis dñi nō aufertur ab eis. Chryſ. in hom̄. Intuere autem ⁊ hic iudeoꝝ multam insaniā. eorū em̄ impetus ⁊ pernicio sa concupiscentia non p̄mittit eos que oportet inspicere: ⁊ sibi maledicunt di. Sanguis eius sup nos: quid ad filios maledictionem attrahūt di. Et sup filios nostros? Sed tñ misericors deus coꝝ sententiam nō firmauit: sed ex eis ⁊ eoruȝ filiis suscepit q̄ penitentiā egerūt. etenī ⁊ Paulus ex ipsis fuit: ⁊ multa milia coꝝ q̄ in hierosolymis crediderunt. Leo papa in. ser. de pas. Excessit ergo pilati culpā facin⁹ iudeorū: sȝ nec ipse euasit reatū q̄ relinq̄t p̄priū iudiciū: ⁊ in crimen transiuit alienū. sequit̄ eū. Tūc dimi. il. bar. Jesum aūt flagellatum tradidit vt crucifigeret̄. Hiero. Sciēdū est aūt pilatū romanis legib⁹ ministrasse: qb⁹ sancituȝ est: vt q̄ crucifigit̄ p̄us flagellis verberet̄. Traditur igitur iesus militibus verberandus: ⁊ illud sanctissimū corpus pect⁹ dei capax flagellis secuerūt. Augu. in ser. de pas. Ecce dñs aptat̄ ad verbera: ecce iā cedit̄. rupit sanctā cutē violentia flagelloꝛum: repetitis ictib⁹ crudelia v̄bera scapularū terga cōscindūt. Prohdolor iacet extensus ante hominem deus: ⁊ supplicium patitur rei: in quo nullum peccati vestigium potuit inueniri. Hiero. Hoc aūt factū est: vt q: scriptū erat. Multa flagella peccatorum illo flagello nos a verberibus liberemur. In lauacro etiam manuū pilati: gētilium omnia opera purgantur: et ab impietate iudeorum nos alieni efficimur. Hilar. Hortantibus autem sacerdotibus populus barrabam elegit: qui interpretatur p̄ris filius: in quo archanum future infidelitatis ostenditur: christo antichristum peccati filium preferēdo. Rabba. Barrabas etiam qui seditiones faciebat in turbis: dimissus est populo iudeorum. i. diabol⁹ q̄ vsq̄ hodie regnat i eis: ⁊ iccirco pacem habere non possunt.

Mos antiq̄rum.

¶ Tūc milites p̄sidis suscipiētes iesum in pretorio: cōgregauerūt ad eum vniuer

sam cohortē: ꝛ exuētes eum: chlamydē coccineā circūdederūt ei. Et plectētes coronā de spinis ꝛ posuerunt sup caput ei⁹: ꝛ harūdinē i dextra ei⁹: ꝛ genu flexo añ eū: illudebāt ei dicētes. Aue rex iudeorū. Et expuētes in eū: acceperūt harūdinē ꝛ percutiebant caput eius.

¶ Aug. de ꝯcor. euāg. Post accusatiōes xp̄i: ꝯñs est vt ipaꝫ dñi passionē videam⁹: quā matthe⁹ sic icipit. Tūc milites p̄sidis suscipiētes iesuꝫ i p̄torio ꝯgregauerūt ad eū vniuersaꝫ cohortē. Hier. Q: em̄ rex iudeoꝝ fuerat appellatus: ꝛ h̄ ei scribe ꝛ sacerdotes crimē obiecerant: ꝙ sibi i pp̄lo isrl̄ vsurparet iperiū: illudētes h̄ faciūt vt nudatū pristinis vestib⁹ induāt chlamydē coccineā p̄ ruffo libo q̄ reges veteres vtebant: ꝛ p̄ diademate iponāt ei coronā spineā: p̄ sceptro regali dent calamū: ꝛ adorēt q̄si regē. ꝛ hoc est qd̄ subdit. Et exuē. eum chlamy. cocci. circū. ei: et plecten. coro. de spinis.

Limb⁹ vestis fascida est ei⁹ extremitatē ābiēs.

Aug. d̄ cō. euā. Per h̄ aūt intelligit Marcū dixisse indutū purpura. Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat: ꝛ est rubra q̄dā purpura cocco simillima. Pōt etiā fieri: vt purpurā ēt marcus cōmemorauerit quaꝫ chlamys habebat: ꝗuis eēt coccinea. Chry. i hom. Que igit erit nobis cura de reliq̄ si cōtumelias ab aliq̄ patiamur: postq̄ xp̄s h̄ passus est? Etem̄ qd̄ fiebat in xp̄m vltimus termin⁹ cōtumelie erat: nec vna p̄ticula tm̄: sed vniuersum corp⁹ patiebat iniurias: caput p̄ coronam et harūdineꝫ ꝛ colaphos: facies q: in spuebat: gene q: alapis cedebant: corpus totū p̄ flagella. Et q: denudatū est ꝛ p̄ circundationē chlamydis: ꝛ p̄ fictā adorationē: man⁹ per harūdinē quā dederūt ei p̄ sceptro: acsi timerēt ne aliqd̄ p̄termitterēt grauissime p̄sumptionis. Augu. de cō. euā. Apparet aūt Mattheum recapitulādo ista cōmemorasse: nō q̄ tūc factū sit: cū eū pilat⁹ crucifigēdū tradidisset. Joannes em̄ anteq̄ diceret: q̄ eū pilat⁹ crūcifigendum tradiderit ista cōmemorauit. Hier. Nos aūt oia hec intelligam⁹ mystice. Quō enim Cayphas dixit. Opꝫ vnū hoiem mori pro oib⁹: nesciens qd̄ diceret: sic ꝛ isti qd̄cūq̄ fecerūt: lꝫ alia mēte fecerint: tñ nobis qui credimus sacra tribuebāt. In chlamyde coccinea: opa gentiū cruēta sustētat. In corona spinea: maledictū soluit antiquū. In calamo: venenata occidit aialia: siue calamū tenebat in manu: vt sacrilegiū scriberet iudeoꝝ. Hila. Uel aliter. Susceptis oibus corpis nr̄i infirmitatibus a dño oim deinde martyrū: q̄bus regnū secū erat debitū: sanguine in cocci colore ꝓfundit. Spinis quoq̄. i. compūgentium quondam pctis gentiū coronatur: est em̄ aculeus in spinis: ex q̄b⁹ xp̄o victorie corona ꝯtexit. In calamo v̄o earūdem gentiū infirmitas atq̄ inanitas manu cōprehensa firmat: quinetiā capiti eius illudit: vt infirmitas gentium manu xp̄i cōprehensa etiā in deū patrē: qui caput ei⁹ est: cōquiescat. Orige. Uel calam⁹ mysteriū fuit ꝙ priusq̄ crederem⁹ cōfidebam⁹ in virga harūdinea egypti: vł cuiuscūq̄ regni ꝯtrij deo quē accepit: vt triūphet eū in ligno crucis. ꝑcutiūt aūt cū h̄ calamo caput xp̄i iesu: q: m̄ sp̄ regnū illud v̄berat deū p̄rem caput saluatoris. Remi. Uel alr̄. Per chlamydē coccineā caro dñi designat q̄ rubra d̄r propter sanguinis effusionē: per spineaꝫ coronaꝫ susceptio peccatoꝝ nostroꝝ: q: in silitudinē carnis peccati apparuit. Raba. Calamo igit xp̄i caput percutiūt: qui diuinitati ei⁹ cōtradicētes: errorē suū auctē sancte scripture: que calamo scribit: confirmare conant. Spuūt in faciē ei⁹ qui presentiā gratie illius verbis

execrādis respuūt: et iesum i carne venisse denegāt. Falso aūt illū adorāt q̄ in eū credūt: sed puersis actibus despiciūt. Aug. de cō. euā. Qd aūt dñm in passione exuerunt vestē ppriā: et induerūt fucatam: signati sunt heretici: qui eū dicunt verum corpus non habuisse: sed fictum.

¶ Et postq̄ illuserūt ei: exuerūt eū chlamyde: et īduerūt eū vestimētis ei⁹: et duxerūt eū vt crucifigeret. Exeūtes aūt īuenerūt hoīem cyreneū noīe symonē: hūc angariauerūt vt tolleret crucē eius. Et venerūt i locū q̄ dr golgotha: qd est caluarie loc⁹. Et dederunt ei vinū bibere cū felle mixtum. Et cum gustasset noluit bibere.

¶ Glo. postq̄ euāgelista cōmemorauit ea q̄ ad illusionē xp̄i ptinent: nūc narrare incipit pcessuz crucifixionis ipi⁹ vn̄ dr. Et postq̄ illu. ei exue. eū chlamyde: et indue. eū vestimē. suis: et duxe. eū vt crucifigeret. Aug. de cō. euā. Hoc aūt in fine factū eē itelligit: cū iā duceret ad crucifigendū. Postq̄. s. pilatus tradidit eū iudeis. Hier. Notādū aūt qn̄ flagellat iesus: et cōspuit nō hz ppria vestimēta: sed ea q̄ pp̄ter pctā nr̄a sumpserat: cū aūt crucifigit et illusiōis pōpā pterierit: tūc pristinas vestes recipit et ppriū assumit ornatū: statimq̧ elemēta turbant: et creatori dat testimoniū creatura. Orig. Et d chlamyde q̄dē scp̄tū ē: qm̄ denuo expoliauerūt eum. De corona autem spinea nihil tale euangeliste scripserāt: vt iam nō sint spine nr̄e antique postq̄ semel eas a nobis abstulit eius super venerabile caput suū. Chry. in ser. de pas. Nō aūt voluit dn̄s pati sub tecto: nō in tēplo iudaico: ne putares pro illa tm̄ plebe oblatū. et iō extra ciuitatē foras muros: vt scias sacrificium esse cōe qd totius terre est oblatio: quod cōis est purificatio: et hoc signatur cū dr. Exeūtes autē inuenerunt hominē cyre. noīe symonē: hunc angari. vt tolle. crucē eius. Hie. Ne quis aūt putet huic loco euāgeliste ioannis historiā esse 9trariā: illic eni dicit exeuntem dominū de pretorio portasse crucē suam. Matthens aūt refert q̄ inuenerūt hominē cyreneum cui imposuerūt crucē iesu. Sed hic intelligendū est q̄ egrediens de pretorio iesus ipse portauerit crucem suā: postea obuiam habuerunt symonem: cui portandam crucē imposuerunt. Orige. Aut egressi quidem angariauerunt symonē: appropinquantes aūt ad locū: in quo eum fuerant suspensuri: imposuerūt crucē et ipsi vt ipse eā portaret. Non fortuito aūt angariat⁹ est symon: sed fm dispositionem dei duct⁹ est ad hoc vt euangelica scriptura dignus inueniret et ministerio crucis christi. Non soluz aūt saluatorē conueniebat accipere crucē suā: sed et nos cōueniebat eam portare: salutarem nobis angariam adimplētes. nec tn̄ sic profecisset nobis eā accipere: sicut cū ipse eam accepit. Hiero. Mystice eni crucem suscipiūt natiōes: et pegrin⁹ obediens portat ignominiā saluatoris. Hil. Indignus eni iudeus erat christi crucem ferre: qr fidei gentiū erat in reliquum et crucē accipere et compati. Remi. Iste eni symon non erat hierosolymita: sed peregrinus et aduena. s. cyreneus. Cyrene enim ciuitas est libye. Interpretatur autē symon obediens: cyreneus heres: vnde pulchre per eum designat populus gentium qui peregrinus erat testamentorū dei: sed credendo factus est ciuis sanctorū et domesticus et heres dei. Greg. in ho. Uel aliter. Post symonē qui crucē dn̄icam in angariaz portat: designantur abstinentes et arrogantes: qr per abstinentiam: qu:idē carnē afficiūt: sed fructum abstinentie interius non requirūt. vnde idē symon crucē portat: sed non moritur: qr abstinentes et arrogantes

Cyrone⁹ symō gētil' erat

per abstinentiā quidē corpus affi-
ciunt:sed per desideriū glorie mū-
do viuūt.Sequit.Et vene.in locū
qui dicitur golgo.qd est caluarie lo
cus.Raba.Golgotha enim syrum
nomen est:et interpretatur caluaria.
Hiero.Audiui quendam exposuis-
se caluarie locum:in quo sepultus
est adam:et ideo sic appellatū:q2 ibi
antiqui hois sit conditū caput.Fa-
uorabilis interpretatio et mulcens
aurē populi:nec tn̄ vera.Extra vr-
bem etenī foris portā loca sunt in
quibus truncantur capita dānatio
rū:et caluarie.i.decollatoꝝ sumpse-
re nomen.Propterea autē ibi cruci
fixus est iesus:vt vbi prius erat area
damnatorū:ibi erigerentur vexilla
martyrij.Adā vero sepultum iuxta
ebron et arbee in iesu filij naue vo-
lumine legimus.Hila.Locus autē
crucis talis est vt positus in medio
terre ad capescendam dei cognitio
nem vniuersis gentibus esset equa-
lis.Sequit.Et dede.ei bibe.vinum
cum fel.mixtū.Augu.de cons.euā.
Hoc marcus ita narrat.Et dabant ei
bibere mirrhatū vinū.fel quippe p
amaritudine mattheus posuit.mir-
rhatū enī vinū amarissimū est quā
q̄ fieri possit vt et fel et mirrha vinū
amarissimum redderent.Hie.Ama
ra vitis amarū vinū facit:quo potāt
dn̄m iesū:vt impleat qd scriptū est.
Dederunt in cibum meum fel.Et
deus loquit ad hierl'm.Ego te plan
taui vineā verā:q̄o facta es in ama
ritudie vitis aliene?Et cū gustasset
noluit bibere.Aug.de cō.euan.Qd
autem marcus ait.Et nō accepit.in
telligitur:non accepit vt biberet.
gustauit autem sicut mattheus te-
stis est.et quod idem mattheus ait.
noluit bibere:hoc marcus dixit.
Non accepit.tacuit etiam q gusta
uit.Quod autem cum gustasset no-
luit bibere:hoc indicat q gustaue-
rit quidem pro nobis mortis amari
tudinem:sed tertia die resurrexit.
Hila.Uel ideo oblatum vinum fel-
le admixtum bibere recusauit:non
enim eterne glorie incorruptioni
peccatorū amaritudo miscetur.

¶ Postq̄ autē crucifixerūt
eū:diuiserunt vestimēta ei9
sortem mittētes:vt adimple
retur quod dictū est per p-
phetam dicētē.Diuiserunt
sibi vestimēta mea:et sup ve-
stem meā miserunt sortē.Et
sedētes seruabāt eum.Et im
posuerunt sup caput ei9 cāz
ipsius scriptam:hic est iesus
rex iudeorū.Tunc crucifixi
sunt cū eo duo latrones:vn9
a dextris et vnus a sinistris.

¶ Glo.Premisso quō xp̄us ad locū
passionis est ductus:hic euangelista
ipsam passionem prosequitur gen9
mortis exponens cum dicit.Postq̄
autem crucifixerunt eum.Augu.in
libr.lxxxij.questionum.Sapientia
quidem dei hominem ad exemplū
quo recte viueremus suscepit.per-
tinet autem ad vitam rectam ea
que non sunt metuenda non me-
tuere.Sunt autem homines qui q̄-
uis mortem ipsam non timeant:ge
nus tamen mortis horrescunt:vt er
go nullum mortis genus recte vi-
uenti homini metuēdum esset:illius
hominis cruce ostendendum fuit.
Nihil enim erat inter omnia gene-
ra mortis illo genere execrabilius
et formidabilius.August.in ser.de
pass.Quantum autem valeat virtus
crucis aduertat sanctitas vestra.
Contempsit adam preceptum acci-
piēs ex arbore pomū:sed quicquid
adam perdidit:christus in cruce in-
uenit.de diluuio aquarum humanū
genus archa lignea liberauit:de egy
pto dei populo recedente moyses
mare virga diuisit:pharaonem pro-
strauit:et populum dei redemit:
Idē moyses lignū in aquam misit:
et amaram aquam in dulcedinem
commutauit.Ex lignea virga de spi
rituali petra salutaris vnda pro-

ferit: et vt amalech vinceret circa vir gã: a moyses expansis manibus extenditur. et lex dei arche testamenti creditur lignee: vt his omnibus ad lignũ crucis quasi per gradus quosdam veniatur. Chry. in ser. de pas. Ideo et in excelso ligno nõ sub tecto passus est: vt etiam ipsius aeris natura mundet: sedet terra simile beneficiũ sentiebat decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Glo. Lignum etiam crucis significare videtur ecclesiam in quatuor mundi partibus diffusam. Raba. Uel scḋm moralem sensum crux per suam latitudinem significat hilaritatem operantis: quia tristitia angustias facit. latitudo enim crucis est in transuerso ligno vbi figuntur manus. per manus autem opera intelligimus. per altitudinem autem cui caput adiungitur: significatur expectatio retributionis de sublimi iustitia dei. longitudo autem qua totum corpus extenditur: tolerantiam designat. vnde longanimes dicuntur qui tolerant. profundum autem quod terre infixum est: secretum sacramenti prefigurat. Hila. Sic ergo in ligno vite cũctorum salus et vita suspenditur. vnde dicitur. Postq̃ aũt crucifi. eum diuise. vesti. eius: sorte mittentes. Augusti. de con. euang. Hoc breuiter a mattheo dictũ est. Joannes autẽ distinctius explicat quẽadmodũ gestũ sit. Milites: inquit: cum crucifixissent eum: acceperũt vestimenta eius: et fecerunt quatuor partes: vnicuiq; militi partem: et tunicã. Erat autẽ tunica inconsutilis. Chrys. in ho. Notãdum ergo q̃ non parua hec abiectio xp̄i erat: quasi eñ circa dehonoratum et oĩm vilissimũ in xp̄o hoc agebant: in latronibus autem nihil tale operati sunt. Diuidere enim vestimenta in condẽnatis valde vilibus et abiectis fit: et nihil aliud habentibus. Hiero. Hoc autẽ qḋ circa xp̄m gestũ est: in psalmo fuerat prophetatum. et ideo sequit. Ut adipleret qḋ dictũ est per p̄phetã dicentẽ. Diuiserunt sibi vestimẽta mea: et sup̄ vestẽ meã miserũt sortẽ. Sequit. Et sedentes seruabant eũ. s. milites. Diligentia militũ et sacerdotũ nobis profuit: vt maior et apertior resurgẽtis virtus appareat. Sequitur. Et imposuerũt sup̄ caput eius causam ipsius scriptã. Hic est iesus rex iudeorum. Non possum autẽ digne admirari pro rei magnitudine q̃ emptis falsis testibus: et ad seditionẽ clamoremq; infelici populo cõcitato: nullam aliam inuenerunt cãm interfectionis eius: nisi q̃ rex iudeorum esset. et illi forsitan illudentes ridẽtesq; hoc fecerũt. Remi. Diuinitus autẽ procuratum fuit: vt talis titulus super caput eius poneret: vt p̄ hoc iudei agnoscerent: q̃m nec etiã occidendo facere potuerũt vt eum regem non haberẽt. per mortis eñ patibulum non amisit imperiũ: sed potius corroborauit. Orig. Et princeps quidem sacerdotũ scḋm literam legis portabat in capite suo sanctificationem domini scriptam. Uerus autem princeps sacerdotum: et rex iesus in cruce quidem habet scriptum. Hic est rex iudeorum. Ascendens autem ad patrem pro literis: et pro nomine quo nominatur habet ipsum patrem. Raba. Quia enim rex simul et sacerdos est: cum sue carnis hostiam in altari crucis offerret: regis quoq; dignitatem titulus pretendit qui non infra: sed supra crucem ponitur: quia licet in cruce pro nobis hois infirmitate dolẽbat: super crucẽ tñ regis maiestas fulgebat: quã per crucẽ non perdidit: sed potius confirmauit. Sequit. Tũc crucifixi sunt cũ eo duo latrones: vnus a dextris: et vnus a sinistris. Hier. Sicut eñ p̄ nobis maledictũ crucis factus est christus: sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. Leo papa in ser. de pas. do. Duo autem latrones vnus ad dexteram et alius ad sinistrã crucifigũtur: vt in ipsa patibuli specie monstraretur illa q̃ in

iudicio ipsi⁹ oim hoim est fiēda discretio. Passio igit̄ xp̄i salutē nr̄e cōtinet sacr̄m: et de instr̄o qd iniq̄tas iudeorū parauit ad penā potentia redēptoris gradū fecit ad gloriam. Hila. Uel aliter. Duo latrones leue ac dextre affigunt: oēm humani generis vniuersitatē vocari ad sacr̄m passionis dn̄i ostēdētes: sed q2 p diuersitatē fideliū ac infideliū fit oim fm dextrā sinistrāq3 diuisio vn⁹ ex duob⁹ ad dexterā ei⁹ sit⁹: fidei iustificatiōe saluat̄. Re. Uel p istos duos latrones designant̄ oēs: q̄ artioris vite cōtinentiā apphendunt: q̄cūq3 eñi sola intentiōe placendi deo hoc faciunt designant̄ per illū q̄ a dextris dei crucifixus est: qui vo p appetitu humane laudis: vel aliq̄ minus digna intentione: designantur per illū qui a sinistris crucifix⁹ est.

¶ Pretereūtes āt blasphemabāt eū: mouētes capita sua: z dicētes. Uah q̄ destruis tēplū dei: z in triduo illō reedificas. Salua temetipm̄ si fili⁹ dei es: descēde de cruce. Silr z pncipes sacerdotū illudētes cū scribis z seniorib⁹ dicebant. Alios saluos fecit: seipm nō pōt saluū facere. Si rex isrl̄ est: descendat nūc de cruce z credimus ei. Cōfidit in deo: liberet nūc eū si vult. Dixit eñ: q2 fili⁹ dei sum. Idipsum autem z latrones qui crucifixi erāt cū eo: improperabāt ei.

¶ Chry. in ho. Cū xp̄m denudassent z crucifixissent: vltra pcedūt: z i cruce vidētes affixū exprobrāt ei. vnde dr. Pretereūtes aūt blasphemabāt eū mouētes capita sua. Hiero. Blasphemabāt q̄dem: q2 ptergrediebātur viā: z in vero itinere scripturarū ambulare nolebant. Mouebant aūt capita sua: q2 iā ante mouerāt pedes: z non stabant supra petram. Idipsum autem insultans dicit fatuus populus q̄ falsi testes confinxerant. vnde sequitur. Et dicentes. Uah qui destruis templū dei: et in triduo illud reedificas. Remi. Uah interiectio est insultantis siue irridentis. Hila. Quid ergo venie erit cum post triduum reedificatum tēplum dei in corporis resurrectiōe cernetur? Chry. in ho. Et q̄si prioribus signis incipientes detrahere subiungunt. Salua temetipsum: si fili⁹ dei es: descēde de cruce. Chry. in ser. de pas. Sed ecōtrario q2 fili⁹ dei ē: ideo nō descēdit de cruce. nā ideo venit vt crucifigeretur p nobis. Sequitur. Similiter et principes sacerdotum illudentes cū scribis z senioribus dicebāt. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere. Hiero. Etiam nolētes scribe z pharisei confitentur q̄ alios saluos fecerit. Itaq3 vestra vos cōdēnat sententia: qui enim alios saluos fecit: vtiq3 si vellet seipm saluare poterat.

Iudei ppriō ore cōdēnabiles.

Sequit̄. Si rex israel ē: descēdat nunc de cruce z credim⁹ ei. Chry. i ser. de passione dn̄i. Cōsidera aūt nunc vocē filiorū diaboli quomodo imitantur vocem paternam. Diabolus enim dicebat. Mitte te deorsum si filius dei es. et iudei dicūt. Si filius dei es: descēde de cruce. Leo papa. De quo erroris fonte iudei talium blasphemiarum venena potastis? Quis vobis magister tradidit? que doctrina persuasit: q̄ illū regem israel: illum dei filium credere deberetis q̄ se aut crucifigi nō sineret: aut a cōfixione clauorū liberum corpus excuteret? Non hoc vobis legis mysteria: aut pphetarū ora cecinerūt. Sed illud vere legistis. Faciē meā non auerti a confusione sputorum. Et iterum. Foderūt manus meas et pedes meos: dinumerauerūt oia ossa mea. Nūq̄d legistis dn̄s descendit de cruce? sed legistis dn̄s regnauit a ligno. Raba. Si autem fuis

de cruce surgeret insultantibus ce dens virtute nobis patiétie nõ de monstraret:sed expectaret paulu lum:irrisioné sustinuit:qui de cru ce surgere noluit:de sepulchro re surrexit. Hiero. Fraudulēta aūt est pmissio cū addit. Et credimus ei. Quid eñ pl⁹ de cruce adhuc viuē té descédere:an de sepulchro mor tuū resurgere? Resurrexit & nõ cre didistis.ergo etiā si de cruce descé deret nõ crederetis.Sed mihi vide tur hoc demones imittere.statim eñ vt crucifixus est dñs:senserunt virtuté crucis:& itellexerūt fractas vires suas esse:& hoc agūt vt de cru ce descēdat. Sed dñs sciēs aduersa riorū insidias permanet in patibu lo:vt diabolū destruat. Sequit. Cō fidit in deo:liberet nūc eum si vult. Chry.in ho. O inquinat valde. Nū qd pphete & iusti nõ erāt:qr eos nõ eripuit a piculis de⁹? Si aūt illorū glie nõ obfuitq eis picula induxi stis:multomagis in isto nõ oporte bat vos scādalizari p ea q̃ patit:qr semp ea q̃ dixit:hāc vrām remouit suspitioné. Sequitur. Dixit enim: quia filius dei sum. Per quod ostē dere volebant eū pati ob seducto ris & erronei causam:& sicut super buz & vane gloriātem in his que di cebat. Sic ergo non solū iudei & mi lites de subtus eū deridebant:sed et desuper latrones cum eo crucifi xi.vnde sequitur. Idipsum aūt & la trones qui crucifixi erāt cū eo ipro perabant ei. Aug.de con.euan. Pōt auté putari lucas repugnare ei qd hic dicit:qui dicit q vnus de latro nibus blasphemabat eum:quē al ter increpabat: nisi intelligamus mattheū breuiter restringenté hūc locum pluralé numeruz pro singu lari posuisse:sicut in epistola ad He breos legimus pluralr dictū clau serunt ora leonū:cuz solus Daniel significari intelligatur. Quid auté vsitatius q̃ vt aliquis dicat. En ru stici mihi insultant: etiam si vnus insultet. Esset aūt cōtrariū si mat theus dixisset ambos latrones con uitiatos domino. Cum vero dictuz est latrones:nec additum est ambo: potuit vsitato locutiōis modo per pluralé numerū significari. Hiero. Uel potest dici q primuz vterq scz blasphemauerit:deinde sole fugié te:terra cōmota:saxisq dirruptis:& ingruētib⁹ tenebris vnus credide rit in iesum:& priorē negationé se quēti cōfessione emēdauerit. Chry. in ho. Ut eñ non existimes ex qua dā cōniuētia id gestū fuisse neq la troné fuisse:qui latro videbatur a ɔtumelia:ostēdit tibi qm etiā i cru ce positus latro erat:& inimicus:& repente trāsmutatus est. Hila. Qd aūt latrones ambo ɔditioné ei pas sionis exprobrant:vniuersis etiam fidelibus scandalum crucis futurū esse significat. Hiero. Uel in duob⁹ latronibus vterq populus genti liū & iudeoꝝ primo dñz blasphema uit:postea signorū multitudine al ter exterritus egit penitētiā:& vsq hodie iudeos increpat blasphemā tes. Orig. Sed & latro qui saluatus est potest esse mysteriū eorū:q post multas iniqtates crediderūt i xp̄m.

¶ A sexta aūt hora tenebre facte sunt sup vniuersaz ter rā:vsqz ad horā nonā. Et cir ca horā nonā clamauit ies⁹ voce magna dicēs. Heli heli lamazabathani. Hoc est:de me⁹:deus meus:vt qd dere liquisti me? Quidā aūt illic stantes:& audiētes dicebāt. Heliam vocat iste. Et conti nuo currēs vn⁹ ex eis:acce ptaz spōgiam ipleuit aceto: & iposuit barūdini:& dabat ei bibere. Ceteri vo dicebāt. Sine:videam⁹ an veniat he lias liberans eū. Jesus autē iterum clamās voce magna emisit spiritum.

¶ Chry. in sermone de passiõe. Nõ poterat ferre creatura iniuriã creatoris. vñ sol retraxit radios suos: ne videret impiorum facinora. Et ideo dicitur. A sexta autẽ hora tenebre facte sunt super vniuersaz terrã vsq3 ad horã nonã. Orig. Ab hoc textu quidã calũniantur euãgelicã veritatẽ. Defectio enĩ solis a seculo semp fuit in suo tpe facta. Sz defectio solis q̃ ſm cõsuetudinẽ tẽporum ita currentiũ fieri solet: non in alio tẽpore fit nisi in cõuentu solis et lune quãdo luna subtus currẽs: solis impedit radios occurrentis ei. In tempore autem quo passus est christus manifestum est quoniã conuẽtus non erat lune ad solem: quoniam tempus erat paschale qđ consuetudinis est agere quãdo luna plena est. quidem autem credentium volentes defensionem aliquã inducere contra hoc dixerunt: quoniam illa defectio solis cõsequẽter ſm cetera prodigia noua: cõtra cõsuetudinem facta est. Dionysius in epistola ad policarpum. Inopinabiliter enim soli lunam incidentez videbamus. non enim erat conuentus temporis: et rursus ipsam a nona hora vsq3 ad vesperam ad dyametrũ solis supernaturaliter restitutã. Eclypsim etiam ipsam ex oriẽte vidimus inchoatam: ⁊ vsq3 ad solarem terminum venientem: postea regrediẽtẽ: et rursus nõ ex eodẽ et defectum et repugnationem: sed ecõtrario ſm dyamettrum factam. Chry. in home. Tribus etiã horis tenebre permanserũt: cum eclypsis in momento trãseat. non enĩ habet morã vt sciant illi qui considerauerũt. Orige. Sed aduersus hoc filii huius seculi dicũt. Quomodo hoc factum tã mirabile nemo grecorũ: aut barbarorũ scripsit eorũ qui notauerunt: si quid tale aliquid nouũ factũ est aliqñ? Et phlegon quidez in chronicis suis scripsit in principatu tyberii cesaris factũ: sed nõ significauit in luna plena. Arbitror ergo sicut cetera signa que facta sunt in passione ipsius: sez velũ scissum et terra tremuit: ⁊ cetera hierusalẽ tãtũmodo facta sunt. Aut si latius voluerit quis extendere ad terram iudeam: sicut in. iii. lib. Regum dixit. Abdias ad Heliam. Viuit deus tuus: si est gens aut regnũ: vbi non misit dñs meus querere te: ostendens quoniam satis eum in gentibus quesierat circa iudeã. Est autẽ consequẽs intelligere quasdã tenebrosissimas nubes ⁊ multas ⁊ magnas cõcurrisse sup hierlm: ⁊ terrã iudee: ⁊ iõ facte sunt tenebre ꝓfunde a sexta hora vsq3 ad nonam. Due enĩ creature in sexta die facte fuisse intelliguntur: ante sextam quidẽ aĩalia: in sexta aũt homo: ⁊ ideo cõueniebat pro salute hoĩs morientẽ in hora sexta suspendi: et a sexta hora ꝓpter hoc tenebras fuisse factas super omnẽ terram vsq3 ad nonam. Et sicut moyse manus extendente in celum: facte sunt tenebre super egyptios: seruos dei tenẽtes in seruitute: similiter ⁊ xp̃o in sexta hora man⁹ extẽdẽte in cruce ad celũ sup pplm qui clamauerat. Crucifige eum: facte sunt tenebre: ⁊ ab oĩ lumie sunt priuati: in signũ futurorũ tenebrarũ: que cõprehẽsure erãt gentẽ iudeã. Item sub moyse facte sunt tenebre super oẽm terrã egypti tribus diebus: oĩbus autẽ filiis israel erat lumen. Sub christo autẽ facte sunt tenebre super omnem iudeam tribus horis: quoniã propter peccata sua priuati sunt a lumine dei patris: a splendore christi: et ab illuminatiõe spiritussancti. Lumen autem fuit super omnẽ reliquã terram: qđ vbiq3 illuminat omnem ecclesiam dei in christo. Et si vsq3 ad horã nonam tenebre facte fuerunt super iudeam: manifestum est quoniam iterũ eis lumen refulsit: quia cum plenitudo gentiũ intrauerit: tunc omnis israel salu⁹ fiet. Chry. in ho. Vel aliter. Hoc admirandum erat: q, in oẽm terram tenebre sunt facte: qđ nunq̃ prius cõtigerat. In egypto enĩ solũ tenebre facte sunt

quando pascha perficiendum erat.
que enim tunc agebantur: horum ty-
pus erant. Et intuere ꝙ fiunt tene-
bre in media die quando vbiqȝ ter-
rarum dies erat: vt omnes qui ha-
bitabāt terram: hoc miraculum co-
gnoscerent. Hoc aūt est signū quod
petentibꝰ promittebat dare dicens.
Generatio praua ⁊ adultera signum
querit: ⁊ signū non dabitur ei: nisi
signum Jone prophete. crucem si-
gnans et resurrectionem. Etenim
multo mirabilius eū in eo q̇ crucifi-
xus erat hoc fieri: ꝙ̄ ambulante eo
super terram. Hoc autem sufficiens
erat eos conuertere: non solum ma-
gnitudine miraculi: sed qꝛ hoc gestū
est postꝙ̄ omnia locuti fuerant: que
voluerant: ⁊ satietatē acceperant cō
tumeliarum. Qualiter autem non
admirati sunt vniuersi: neqȝ estima-
uerunt eū esse deū? qꝛ scilicet homi
num genus tūc multa malitia ⁊ de-
sid a detinebatur: ⁊ hoc miraculum
factum confestim transijt: et non no
uerant que esset causa eius quod ge
rebatur. Et propter hoc ipse postea
loquit̄: vt ostendat se viuere: et ꝙ ip
se hoc miraculum fecit. vnde sequi-
tur. Et circa horam nonam clama-
uit iesus voce magna dicens. Heli
heli lamazabathani. Hoc est. Deus
meus: deus meꝰ: vt quid dereliqui-
sti me? Hie. Principio vicesimipmi
psalmi vsus est. Jllud vero quod est
in medio versiculi. Respice in me: su
perfluum est. Legitur enim in he-
breo. Deus meus: deus meus: qua-
re me dereliquisti? Ergo impij sunt
qui psalmū ex persona Dauid siue
Hester ⁊ mardochei dictum putant:
cum etiam euangeliste testimonia
ex eo sumpta super saluatore intel-
ligantur: vt est illud diuiserunt sibi
vestimēta mea. ⁊ Foderunt manus
meas. Chry. in ho. Jdeo autem emi-
sit propheticam vocem: vt vsqȝ ad vl
timam horam testimonium perhi-
beat veteri testamento: ⁊ vt videant
qm̄ honorat patrē: ⁊ non est deo con
trarius: et ideo hebraicam vocem
emisit: vt eis fieret cognita et mani
festa. Orige. Requirendum est autē:
quid est ꝙ a deo derelictus est chri-
stus. Et quidam quia non possunt
exponere: dere: inqui christum a deo
dicunt ꝙ per humilitatē dictum est
Sed manifeste intelligere poteris
quid sit quod dicit: faciens compa-
rationem glorie illius quā habuit
apud patrem: ad confusionem quam
contemnēs sustinuit crucem. Hila.
Per hec autē verba ingenia conten Varie here-
dunt heretica: ꝙ aut defecisse. om- ses.
nino deum verbum in animā corpo
ris volunt: dum corpus officio ani-
me viuificat: aut omnino nec fuerit
christus homo natus: quia in eo dei
verbū mō spiritus habitauerit pro
phetalis: quasi iesus christus anime
solum ⁊ corporis homo communis
hoc habet sui exordium: quo esse ce
pit homo qui nunc a dei verbo con-
tracta rursum protectione desertus
clamet. Deus meus: quare me dere
liquisti? Uel certe in anima verbi na
tura mutata paterno christus in om
nibus vsus auxilio: nunc inops eiꝰ
mortiqȝ permissus solitudinem suā
conqueratur: relinquentemqȝ se ar-
guat. Sed inter has impias infirmas
qȝ sententias ecclesie fides imbuta
apostolicis doctrinis non patitur
iesum christum ne filius dei non ⁊ fi
lius hominis intelligatur. nam que
rela derelicti morientis infirmitas
est: promissio autē paradisi viuentis
dei regnū est. Habes in conquerētem
ad mortē relictū se esse: qꝛ hō es. Ha
bes cū q̇ morit̄ profitentem se in pa
radiso regnare: qꝛ deꝰ est. Non ergo
mireris v̄borum hūilitatē ⁊ q̄rimo
nias derelicti: cū formā serui sciens
scādalū crucis videas. Glo. Dr̄ autē
deꝰ eū deseruisse in morte: qꝛ potes
tati persequētiū eū exposuit. subtra
xit eñ ꝓtectionē: sed nō soluit vnio-
nem. Origeñ. Postꝙ̄ aūt vidit super
omnem terram iudeam tenebras.
hoc dicit ostendere volens. Dereli-
quisti me pater: id est talibus cri-
minibus calamitatibus tradidisti: vt
populus qui fuerat apud te hono-
ratus recipiat que i me ausus est vt

princek a lumine tue prospectionis: sed et pro salute gentium dereliquisti me. Quid autem tam bonum fecerunt: qui ex gentibus crediderūt: vt precioso sanguine super terram effuso pro eis emerez eos a maligno? Aut quid tale dignum facturi sunt homines: pro quibus patior ista? Forsitan autem et videns peccata hominum pro quibus patiebatur dixit. Quare me dereliquisti? vt fierem quasi qui colligit stipulam in messe et racemos in vindemia. Non autē estimes humano more saluatorem ista dixisse ppter calamitatez que comprehenderat eum in cruce. Si enim ita acceperis: non audies magnam vocem eius que ostendit aliquid esse magnum absconditum. Rab. Vel saluator hoc dixit: nostros circunferens motus: qui in periculis positi a deo deserti nos putam⁹. Humana em̄ natura propter peccatum a deo fuerat derelicta: sed quia filius dei factus est noster aduocatus: quorum suscepit culpam deplorat miseriam: in quo ostendit quantuz flere debeant qui peccant: quādo sic fleuit qui nunq̄ peccauit. Sequitur. Quidam autem illic stantes et audientes dicebant. Heliam vocat iste. Hiero. Non omnes: sed quidam quos arbitror milites fuisse romanos: non intelligentes hebraici sermonis proprietatē: sed ex eo q̄d dixit. Heli heli. putant Heliam ab eo inuocatū. Si autē iudeos q̄ hoc dixerint intelligere voluerim⁹: hoc more sibi solito fecisse: vt dn̄m imbecillitatis infament: qui helie auxilium deprecetur. Sequitur. Et cōtinuo currens vnus ex eis: acceptam spōgiam impleuit aceto et imposuit harundini: et dabat ei bibere. Aug. in ser. de pas. Sic ergo propinator fontiuz potatur aceto: mellis dator cibatur felle: flagellatur remissio: condemnatur venia: illuditur maiestas: ridetur virtus: profunditur largitor imbrīū sputis. Hila. Est autem acetum vinū quod per vitiuz aut incurie aut vasis acescit. vinum autem est honor immortalitatis aut virt⁹. Cum igitur in adam coacuisset: ipse accepit et potauit ex gentibus. In calamo enim et spongia vt potaret offertur. i. ex corporibus gentiuz in se ad cōionem immortalitatis ea q̄ in nobis erant vitiata transfudit. Remi. Vel aliter. Iudei acetū erant degenerantes a vino patriarcharuz et pphetarū: habebāt fraudulenta corda: quasi spongiā cauernosis atq̄ tortuosis latibulis. Per harundinē designatur sacra scriptura: q̄ in hoc facto implebatur. sicut em̄ lingua hebrea vel greca dicit loquela q̄ fit per linguā: sic et harundo dici posset litera vel scriptura que in hoc facto implebatur: que fit per harundinem. Orige. Et forsitan quicunq̄ fm doctrinā ecclesiasticam sapiūt: viuunt autē male: dant ei vinū bibere felle mixtū. Qui autem alienas a veritate sn̄ias applicant xp̄o: quasi eas dicenti: hi spongiā implētes aceto imponunt calamo scripture: et offerunt ori ei⁹. Sequitur. Ceteri vero dicebant Sine: videamus an veniat helias liberans eū. Rab. Qr enim milites prane sonū vocis dominice intelligebāt: ideo inaniter aduentum helie expectabant. Deum ergo quē saluator hebraico sermone inuocabat: inseparabiliter semper secum habebat. Augu. in ser. de pas. Cum ergo nil iam xp̄o restaret ex penis: mors moratur: q̄r sunt esse ibi nil sentit. Suspecta est vetustati nouitas. Hunc primum hunc solum vidit hominez peccati nescium: nora liberuz: iuris sui legibus nil debentē. Accedit tn̄ confederata iudaico more furori: et desperata vite inuadit autorem. vn̄ sequitur. Iesus autē iterum clamans voce magna emisit spiritum. Quare autem displicet si xp̄s de sinu patris ad nostram seruitutem venit: vt nos sue redderet libertati? nostram mortem suscepit: vt nos eius morte liberemur: quando nos despectu mortis mortales in deos retulit: terrenos celestibus estimauit. Quantum est diuina virtus operum contēpla

Quid allegorice designet acetū.

tione lucebat: tantum pati pro subiectis: p seruis mori insigne est charitatis imense. Ergo hec prima cā est dñice passiōis: qz sciri voluit q̄tum amaret hoiem deus: qui plus amari voluit q̄ timeri. Scđa causa est vt sententiam mortis quaz iuste dederat: iustius aboleret. Qz nanq3 primus hō adiudicāte deo: de reatu incurrerat mortem: z eam transmisit ad posteros: venit de celo secūdus homo pcti nescius: vt mors damnaret: que rapere iussa reos innocētie ipm inuadere p̄sumplit auctoré. Nec mirādū est si p nobis posuit qđ suscepit a nobis. s. aiam qui pter nos fecit tāta: z talia largit⁹ est nobis. Aug. cōtra Felicianum. Absit enim a fidelibus ista suspitio: vt sic xp̄s senserit mortem nostram: vt q̄tū in se est vita pderet vitā. Nā si hoc ita esset: quō illo triduo potuisse dicim⁹ aliqđ viuere: si vite fōs dicitur aruisse? Sensit igitur mortē deitas xp̄i participatiōe humana: si ne humani affect⁹: quē sponte susceperat: nō nature sue potētiam perdidit: p quā cūcta viuificat. In morte em̄ nostra sine dubio destitutū3 corpus vita animā nostrā non perimit dū discedēs anima nō vim suā perdit: sed qđ viuificauerat h̄ dimittit: z q̄tū in se est: alterius mortē facit: ipsa nō recipit. Quid nūc. De saluatoris nūc anima dicem⁹: que vt nō dicam propter inhabitantem diuinitatē z propter iustitiam singularem: certe pter comunē moriendi sortez corpus illo triduo sic potuit deserere: vt ipsa nō posset penitus interire. Credo enim dei filiū mortuum esse non fm penam iniustitie quā ex toto non habuit: sed fm legē nature: quam pro humani generis redemptione suscepit. Dama. Etsi tamen mortuus est vt homo: z sancta eius anima ab incontaminato diuisa est corpore: sed tamen deitus inseparabilis ab vtrisq3 permansit: ab anima dico et corpore. Et neq3 vna ita hypostasis i duas diuisa est. corpus enim et anima sicut a principio in verbi hypostasi habuerunt existentiā etiā in morte. Neq3 enim anima neq3 corpus propriā habuerunt hypostasim preter hypostasim verbi. Hiero. Diuine aūt ptātis indicium est emittere spm̄: et vt ipse quoq3 dixerat. Nemo potest tollere aiam meā a me: s3 ego pono eam: z iterū sumo eam. Spiritū em̄ in hoc loco p anima intelligam⁹. Sed qđ vitale aut spūale corpus faciat: seu q ipsi⁹ aie substantia ipūs sit: iuxta id quod scriptū est. Auferes spiritū eorum z deficiēt. Chry. in ho. propter hoc aūt z voce magna clamauit: vt ostendat q̄m fm ei⁹ ptātē id gerit. Per hoc em̄ q moriēs vocem emisit magnā: apertissime se verum deū esse ostēdit: q̄m hoies cum moriuntur: vix tenuem vocem emittere possunt. Augu. de con. euā. Quid autē voce magna dixit: lucas declarauit. dixit enim. Et clamans iesus voce magna ait. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum. Hila. Uel spiritum cum clamore magne vocis emisit: dolens nō se oia peccata portare.

Intelligē qđ efficiētiam.

Nota situ dignissimum.

¶ Et ecce velū tēpli scissum cū in duas ptes: a summo vsq3 deorsu3. Et terra mota est: z petre scisse sunt: et monumēta apta sunt: z multa corpa sanctorū q̄ dormierāt surrexerunt. Et exeuntes de monumentis: post resurrectionē ei⁹ venerūt i sctām ciuitatē: z appuerūt multis. Cēturio aūt z q̄ cū eo erant custodiētes iesum: viso terremotu z his q̄ fiebāt timuerūt valde dicētes. Uere fili⁹ dei erat iste. Erāt autem ibi mulieres multe a lōge: q̄ secute erāt iesū a galilea ministrātes. Inter q̄s erat maria

magdalene: et maria iacobi: et ioseph mater: et mater filiorum zebedei.

Origen. Magna facta sunt ex eo qd magna voce clamauit iesus. vñ sequitur. Et ecce velū tēpli scissuz est in duas partes a summo vsq deorsum. Augu. de con. euan. In quo satis ostendit tūc esse scissum cū emisit spūm. Si aūt non addidisset. Et ecce. et simpliciter dixisset. Et velū tēpli scissum est. incertū esset vtrū ipse et marcus hoc recapitulādo cōmemorassent. lucas autē ordinē tenuisset: qui cū dixisset. Sol obscuratus est. ɔtinuo subiungēdum estimauit. Et velum tēpli scissuz est. An lucas recapitulasset: qd illi ordine posuissent. Orige. Duo aūt fuisse vela intelliguntur: vnū qd velat sancta sanctorum: aliud exterius siue tabernaculi siue templi. In passione ergo domini saluatoris: velū qd erat a foris cōscissum est a sursum vsq deorsuz: vt ab initio mūdi vsq ad finē cōscisso velamine: mysteria publicentur: que vsq ad aduentū dñi rationabiliter fuerant occultata. Cū aūt venerit qd perfectū est: tunc auferet etiā scđm velū: vt videamus etiā q interius sunt occultata: scz verā archā testamēti: et sicut ipsa se hz natura videamus cherubin et alia. Hila. Uel ideo velū templi scinditur: qz exinde populus est diuisus in partes: et veli honor cū custodia angeli protegētis auferẽ. Leo papa in sermone de passione. Est autē ad testimoniū venerande passionis sufficiēs signū elementorum inordinata turbatio. vnde sequitur. Et terra mota est: et petre scisse sunt: et monumēta aperta sunt. Hiero. Nulli enim dubium est quid significet iuxta literam magnitudo signorum: vt crucifixū dñz suū et celum et terra et omnia demonstrarēt. Hila. Mouet terra: qz capax huius mortui esse nō poterat: petre scisse sunt: oia enim valida et fortia penetrās dei verbū et potestas eterne virtutis irruperat. Et monumēta aperta sunt. erāt enī mortis claustra reserata. Sequitur. Et multa cor. sanc. qui dormi. sur. Illuminans enim mortis tenebras: et infernoruz obscura collustrans: mortis spolia detrahebat. Chry. in ho. Ipso quidē in cruce manēte eū irridētes dicebant. Alios saluos fecit: se ipsuz nō potest saluū facere: et qd in se facere noluit: in seruorum corporibus cuz multa superabūdatia demōstrauit. Si enī quatriduanū lazarum exurgere magnuz fuit: multomagis eos repente: qui olim dormierant apparere viuentes: quod futuro resurrectionis erat indiciū: vt autem non putaret esse phātasma quod factuz est: euangelista subiūgit. Et exeun. de monu. post resurre. ei' ve. in san. ciui. et appa. mul. Hier. Quomodo autē lazarus mortu' resurrexit: sic et multa corpa sctōrū resurrexerūt: vt dñm ostenderent resurgentem: et tamen cuz monumēta aperta sunt: nō ante resurrexerūt: qz resurgeret dñs: vt eēt primogenit' resurrectionis ex mortuis. sanctā autē ciuitatē in qua visi sunt resurgētes: aut hierusalem celestem intelligamus: aut hāc terrenā q aū sctā fuerat. sctā et appellabat ciuitas hierusalem: propter tēplū et sctā sctōz: et ob distinctionē aliaz vrbiū: in qb' idola colebant. Or. Cū dr. Appar. multis. ostēdit nō generalis fuisse resurrectio q oib' appareret: sed specialis ad plurimos: vt hi viderēt: q cernere merebant. Remi. Queret autem aliqs qd de illis factū sit qui resurgente dño surrexerūt? Credendum qppe est qm iā surrexerūt: vt testes essent dñice resurrectionis. Quidā aūt dixerūt q iterum mortui sunt: et in cinerē ɔuersi: sicut et lazarus et ceteri quos dñs resuscitauit. Sed istorū dictis nullo modo est fides accōmodanda: qm maius illis esset tormentum qui surrexerunt si iterum mortui essent: qz si nō resurgerent. Incūctāter ergo credere debem': qz qui resurgēte dño a mortuis resurrexerunt: ascendēte eo ad celos

Uis de iunctione apertionis monumētorū et resurrectionis.

